ge si aq̄ bn̄dicta sit maioris quantitat: qa
duobus concurrentibus preualet quod
maius est. ff. de sta. ho. l. queriṫ. Sec⁹ si eēt

quātitatis minoris vel equalis: sicut ꝛ de sa
cramento eucharistie dicitur: dum apponi
tur vinum non consecratum consecrato. ꝭ.
eucharistia. 2. ad fi. B.

ARbiter Cum ab vno de plu
ribus arbitris vel iu
dicibus alijs presentibus ꝛ mandā
tibus scripta sententia recitatur ꝓinde est
ac si ab omnibus esset recitata. Oportet ait
vt q recitat non vtatur verbis singularis nu
meri sed pluralis dicendo: Nos tales arbi
tri vel iudices pronunciamus. ꝛc. nisi i ar
bitris super electione que debet fieri ab vno
vice omnium: extra de sen. ꝛ re. iu. cum ab
vno. li. 6. de hoc. ꝭ. electio. 2. §. 5.

ARchidiaconus Quod
est eius
officium. Rūdeo ſ; Ray. circa officia ar
chidiaconi prepositi vel decani fere quot sit
ecclesie tot sunt consuetudines: extra de con
sue. cum olim. in fi. ꝛ de exces. prela. ad hec.
Si tamen vis scire quid iura dicunt de tali
bus: vide. 21. di. cleros. ꝛ. 25. di. perlecti. et
extra de offi. archi. per totum. A. Pre
cipue. c. ꝑmo ꝛ. 2. Et idem ponitur in sum.
con. libro. 3. ti. 27. q. 8. B.

ARchiepiscopus
A quibus ꝛ vbi debet consecrari
archiep̄s: vide. ꝭ. ꝯsecrató ꝑmo. §. pe. ꝛ vlti.

Archiepiscopus potest compellere sub
ditum sui suffraganei ad suscipiendas com
missiones eius in causis nisi vbi sit consue
tudo: extra de fo. compe. romana. libro. 6.
ꝛ extra de offi. or. pastoralis. Super quo
c. dicit Hosti. ꝙ cum archiepiscopo subsit
episcopus: quia pinguius ius habet in eū
ꝙ̄ in subditum potest archiepiscopus epi
scopum cogere vt compellat subditum ad
suscipiendum. Et si episcopus infra certū
tempus sibi assignatū hoc facere neglexerit
neq; aliquod iustum pretenderit demum
potest cogere vtrūq;: ar. ex̄ de of. or. ꝗto. i
fi. ꝛ. c. irrefragabili. §. excessus. Con. Ber.
etiam si ab episcopo appellatum fuerit.
A. Hoc dicit Ber. in dicto. c. pastoralis.
Et idē ponitur in sum. con. li. 3. ti. 27. q. 4.
Sʒ ꝯ predicta facit: qꝛ cū qd ꝓhibet ali
cui vna via ad id alia nó admitti debet: vt
in. c. cū qd. de reg. iu. li. 6. nec allegata iu
ra multū faciūt: nā loquūtur in correctiōe
delictoꝝ ꝛ nó in cōmissione causaꝝ: ió i nó
exceptis stat̄ regule: vʒ ꝙ archiep̄s nul
lā hʒ ptātē in subditū suffraganei sui nisi i
expressis dicto. c pastoralis. ió hoc cāu cō
sulerē archiep̄o ꝙ nó cogeret sʒ sbdito ꝙ
obediret. B. Sʒ hic sciēdū ꝙ iure nouo
archiepiscop̄ causas q̄ ꝑ appellationē vel
alio iure metropolitico deferūtur ad ipsū
nó pōt audire seu cōmittere alibi ꝙ̄ in sua
ciuitate vel diocesi: aut in eis in qb̄ appella
tum existit vel cause ipse consistāt nisi aliđ
sibi competat de consuetudine: extra de of
fi. or. vt litigantes. libro. 6.

Archiepiscop̄ nó habet iurisdictionem
in subditos suffraganei sui nisi in quibus
dam casibus: q notantur: ex̄ de of. or. pasto
ralis. A. s. in gl. B. primo qdē cum
deuiant in diuinis officijs a consuetudine
metropolitane ecclesie. 12. di. de his. Item
quando subditus episcopi delinquit i dio
cesi archiepiscopi. 6. q. 3. placuit. In hoc
enim casu efficitur aliqs de iurisdictiōe al
terī cuiuslibʒ. Itē si habet prediū in dioce
si sua: ex̄ de fo. cōpe. c. vl. Et iste etiam ca
sus ꝑtinet ad quēcunq; aliū. Item si causa
defertur ad eū per appellationē: ex̄ de off.
le. c. ꝑmo. ꝛ de of. or. duo. Itē cū absolut̄
ab archiepiscopo nó vult parere ep̄o: ex̄ đ
of. or. ad reprimendā. A. s. satisfaciendo
ep̄o super excōicatione q̄ ab ep̄o fuerat ex
cōicat̄ nec de excōicationis ꝯstat iniusticia
sʒ ab archiep̄o fuerat absolutus: qꝛ ep̄s eū
absoluē nolebat: ió si ep̄o satisfacere contē
nit: archiep̄s eū in excōicationē reducit: vt
ibi. B. Itē si criminalis cā sit inter epi
scopū ꝛ clericū suū debet deduci ad syno
dū in qua ꝑest archiep̄s. 6. q. 2. c. pº. Item
si cleric̄ habet ciuilē causā ꝯ ep̄m suū. xj. q
i. si clericus. Itē qñ ē ep̄s negligēs i eo qđ
facere debet. A. s. ad curā ecclie ꝛ aiarū.
B. xj. q. 3. cū simus. ex̄ de scn. ex. per tuas. ꝛ
de appel. q̄ fronte. Itē qñ defuncto ep̄o ec
clia idoneos clericos nó habet. 12. q. 2. non
liceat. A. Tūc. n. archiep̄s habet curā re
rū ecclie vt ibi. B. Itē cū euidēs ē sñiaʒ
ep̄i eē iniustā: ex̄ de ap. sollicitudinē. A.
Hoc qñ a subdito fuerit ad archiepiscopū
querelatū lʒ nó appellatū: tūc. n. rōne eui
dētie potest archiepiscop̄ declarare sbditū

iniuste ab epo excōicatum vt ibi. ꝛ poterit
illū absoluere vel remittere absoluendū ab
episcopo: q̄ si neglexerit ipse absolutionē im-
pendat: ex̄ de sen. exco. per tuas. B. Itez
cuz visitat prouinciā: ex̄ de prescrip. cuz ex
officij. ꝛ de censi. sopite. ꝛ. c. nuper. Per so
am vacationē ep̄alis sedis non archiep̄s:
sed capitulū supplet vices episcopi: extra d̄
supplen. ne. p̄la. si episcop9. ꝛ. c. ecclesie. li°.
6°. Similiter si episcop9 sit excōicatus: ex̄.
de supplen. ne. pre. romana. li. 6. Aut capi9
a paganis: vt in dicto. c. si episcop9. A.
De his casib9 latius dicitur in sum. con. li.
3. ti. 27. q. 4. Sz q2 multū nō occurrūt i fo-
ro penitentie prolixius dicere non curaui.
B. Sed nūq̄d potest archiepiscopus ec
clesie cathedrali vacanti dare visitatorē seu
administratorem. R̄n̄. Non nisi forte capi
tulum in tēporalibus ꝛ spiritualibus negli
genter vel male administraret: tunc eni3 vo
cato cap̄lo ꝛ cause sup hoc cognitione pre-
missa visitatorem seu administratorem po
test deputare: q̄ quāuis habeat legitimam
administrationez in tēporalibus ꝛ in spiri-
tualibus: tamen illa beneficia que ad solaz
collationez episcopi pertinēt conferre n̄ po
test: si ab alio q̄ romano pōtifice fuerit de-
putatus: ex̄ de supplē. ne. p̄la. ecclesie. li. 6.
Archiepiscopus potest suā prouinciā vi
sitare: l3 non sint ei9 suffraganei negligētes:
ꝛ iterare visitationem ꝛ ꝓcurationes recipe
re nō obstante ꝯsuetudine contraria. Et dū
visitat potest ꝯfessiones audire suffraganeo
rum: absoluere ꝛ penitentias iniungere: ex-
tra de cen. ꝑpetuo. li. 6. Sed vtrū possit ali
quid recipere: vide. j. visita°. §. 2°. ꝛ 3°. et ibi
plura de eius visitatione. § p̄mo. ꝛ 4°. Ar-
chiepiscopus potest conciliuz celebrare re
quisito p̄mate: di. 92. siquis episcopus va-
cans i fi. ꝛ. 9. q. 3. ꝛ. c. 2. ꝛ. 3. A. Pon9 vi
detur. c. i. ꝛ. 2. B. Archiep̄s transiēs p q̄
uis loca sue ꝓuincie pōt facere an̄ se crucez
portari: bn̄dicere populo i pōtificalib9 cele
brare ꝛ hi9. A. In. c. j. allato nil aliō pl9
ꝯtinetur nisi q̄ diuina officia priuatim vel
publice ibidem potest audire: ꝛ q̄ ea pōt fa
cere in sua p̄uīcia celebrari sine pontificalib9
in locis etiam exēptis. B. Silr ꝛ ep̄s ēt i
locis exēptis sue dioce. vt in cle. archiepo.
de p̄ui. A. Hectū debēt sine preiudicio ꝛ

molestia vl' grauedie exēptoꝝ fieri: vt ibi. B.

ARra siue subarratio Arre dicū
tur annulus pecunie siue
alie res date sponse: quarum datio
subarratio vocatur: p̄cipue qn̄ fit per annu
li immissionem q̄ vulgo desponsatio dicitur.
Et si qō fiant hec inter spōsū ꝛ sponsaz: nō
dico contrahunt sponsalia s3 presumitur ꝓ
matrimonio nisi ꝓbetur contrariu3: vel ēt
cōtraria consuetudo vel repugnaret etas:
vt nō. ex̄ de despon. ipu. tue. Si vero fiant
a parentibus tūc sola sponsalia cōtrahunt
vt ibi d̄. A. In glo. vbi hec ponūtur. Et
nō dicit glo. ꝯtrahūtur s3 presumūtur spō
salia. Et idem d̄ in sum. con. li. 4. ti. i. q. 2.
vbi hec silr notatur. B. Et hoc intellige
per modu3 quo sponsalia a parentib9 ꝯhi
possunt: vide. j. impedimētū. 13°. §. fi. Ar
re sponsalicie nō secuto matrimonio d̄bēt
restitui hoc modo: Si matrimoniū nō fue
rit secutū absq3 alteri9 culpa: vt ꝑpter super
uenientē mortem vel religionis ingressum
ꝛ hi9: restitui debent arre simpliciter. si vo
nō fuerit secutū ꝑpter culpam dantis ꝑdit
arras. si ꝑpter culpam recipientis restituet
eas in duplum C. de spō. l. arras. ꝛ. l. fi. A.
Hoc est veꝝ si accipiēs ē maior. 25. ānis vel
si veniam etatis impetrauit: ꝛ eā in cōpetē
ti iudicio probauerit al'as non tenetur nisi
in simplum: vt in dicta l. fi. Et dictum du-
plum cū sit pena non debet in foro p̄nie ni
si fuerit ad hoc facta ꝯdemnatio: vt pōt col
ligi ex nōtis p glo. 12. q. 2. fr̄nitas. B. Et
de hoc vid̄. j. spōsalia. §. 12. q̄ icipit i quib9.

ARrogatio Uide supra
adoptio. j.

ARs De arte notoria vide. j.
sortilegium 2°. §. p°. De
artificibus facientib9 ꝛ vēdēti
bus gladios: balistas: venena: taxillos: ale
as: serta ꝛ hi9. vide. j. negocia°. §. 5. ꝛ se.

ASsassinus. Assassini fuerūt
ꝛ forte adhuc
sunt quidam infideles qui ex q̄buſ
dam falsis opinionibus de facili mitteban
tur ad occidendum quemlibet xp̄ianū: nō
curātes si ob hoc occidendi essent ipi. Cō
tra quoꝝ pestem statu t Inno. 4° q̄ q̄cūq3
princeps vel prelat9 vl' alia ꝑsona aliquem
christianū per assassinos interfici fecerit: vl'

mandauerit etiam si mors non fuerit sub secuta: ⁊ qui assissinos receptauerint vl' occultauerint non solū excōicatōis ⁊ depositionis incurrūt sñias ipso facto: sed sint etiam cum omnibus suis bonis christianis expositi ⁊ perpetuo diffidati: ita ꝙ exquo de predictis vel aliquo predictorū ꝓbabilibus ꝯstiterit documētis nulla alia excōicationis depōnis seu diffidationis sententia requiratur: sed beneficia talium ꝑllos ad quos pertinet collatio libere conferant͛ ex͛ de homi. pro humani. li. 6.

Astutia scd̄m Tho scd̄a secūde. q. 55. dicit͛ cuȝ qs ad cōsequendū aliquē finem bonum vel malum vtitur nō veris vijs: sȝ simulatis ⁊ apparentibus. Nō eni oȝ etiam ad finē bonum fallis vijs ⁊ silatis puenire: sed veris. Unde astutia ēt si ordietur ad bonuȝ ē peccatum: scd̄o ad Corin: 4. Abdicamus occulta dedecoris nō ambulantes in astutia neqꝫ adulterantes ꝟbuȝ dei. Aliquando vero propter similitudieȝ accipit͛ in bonū: ꝓuer ꝑmo. vt detur puulis astutia: sed proprie accipit͛ in malo: sicꝫ phs dicit i. 6. ethicoꝝ. A. Idem i sū. con. li. 3. ti. 34. q. 232. Aduertendū tamē ꝙ sine mēdacio ⁊ lesione iusticie alterius licȝ vti vtili silatione: exēplo multorū sanctorū patrū ⁊ ipsius christi: vt dicit Hierony. 22 q. 2. vtilē. B. De dolo aūt et fraude que sunt ꝓpinq̄ astutie: vide. ĩ. dol⁹: ⁊. ĩ. fraus.

Auaricia ⁊ cupiditas vtrū sit peccatū. Rn° s̄m Thom. s̄a s̄e q. 118 sic: nam bonū hominis circa exteriora oportet ꝙ consistat in quadam mensura. s. vt querat habere exteriores diuitias ꝓut sunt necessaria ad vitam eius scd̄m suam conditōeȝ Et ideo in excessu eius mensure ꝯsistit peccatum: dum scilicet aliquis supra debitū modū vult eas acquirere vel retinere: qđ pertinet ad rationem auaricie: que diffinit͛ esse immoderatus amor habendi. A. Idem in sum. con. li. 3. ti. 13. q. i.

Sed vtrū sit mortale. Respondeo s̄ȝ Tho. vbi. s̄. Auaricia pōt capi dupliciter. Uno modo ꝙ aliquis recipiat vel reticeat iniuste res alienas: quod pertinet ad rapinam vel furtum: ⁊ sic ex suo genere est peccatum mortale. Contingit tamen i hoc casu ꝙ est veniale ꝓpter imperfectionē act⁹ sicut de furto dicitur. ĩ. furtū. §. 4. Alio modo pōt accipi auaricia scd̄m ꝙ importat inordinatum amorē diuitiaꝝ: qui si in tātuȝ crescit ꝙ preferat͛ charitati: vt. s. propter amorem diuitiarū aliquis non vereat͛ facē ꝯ amorē dei ⁊ ꝓximi: erit peccatū mortale Si aūt inordinatio amoris i hoc cōsistat: vt. s. hō q̄uis supfiue diuitias amet: nō ꝑferat earum amorē amori dino. s. ꝙ ꝓpter diuitias nō velit aliquid facē ꝯ deū ⁊ proximū sic ē peccatū veniale. A. Idem in sum. cō. e. ti. q. 2. per diuersa verba. ꝙ auaricia aut opponit͛ iusticie: ⁊ est peccatū mōtale: vt i ꝑmo mēbro: aut oppōit͛ liberalitati: ⁊ ē mōtale l' vēiale: vt i 2° mēbro. sȝ đ hoc plenı⁹ dr̄ i q̄driga. B. Auar⁹ seu cupid⁹ ordinari ñ dȝ: vide. ĩ. ordinād⁹. §. ꝓximo.

Baptismus primo quo ad sb̄stātiā ⁊ formā. Quid est baptismus. Rn° ē absolo sacta ꝑscripta forma verborū: vt pōit magister i. 4. sniaꝝ di. 3. vel quasi eodē mō scd̄m Aug. Baptismus est tinctio in aqua verbo vite sanctificata. De cuius substantia sūt tria. s. mā elementi: forma verbi: ⁊ intētio ministri copulans formā mãe. Uñ Aug. Accedit veibū ad elemētū ⁊ fit sacr̄m. i. q. i. detrahe. A. Idem in sū. con. li. 3. ti. 24. q. 9. B.

Baptismi forma hec ē: Ego te baptiço in noie patris ⁊ filij ⁊ spūs sc̄i: ex̄ đ bap. c. i. A. In sum. con. e. ti. q. 10. additur amen. Dicitur tñ ibi ꝙ non est de sb̄a. B.

Sed quid si mutet͛ hec forma. Rñdeo scđȝ Tho. i. 4. di. 3. Nulli lȝ mutare q̄tuȝ ad id qđ ē de eēntia forme. Et si mutatur nihil agit͛: ⁊ preter hoc culpa icurrit͛. Si vero aliqd qđ ꝑtinet ad formā ex sola determinatione ecclie mutatur: nihilominus ē sacramentū: sed culpa incurritur. Uerū ab aplis q baptiçabāt in noie christi: nō fuit͛ mutata forma quātū ad itellectū: q2 in xp̄i noie tota trinitas itelligit͛: sȝ solū q̄tuȝ ad vocē. Nec hoc ip̄m potuissēt nisi ex familiari cōsilio spūssācti. Ratio autem mutationis fuit vt nomen christi amabile reddēt͛. Hoc etiam nunc ecclia posset si spāle ꝑceptum a spūssancto hēet: ñ aūt ꝓpria anctē

Unde modo sic dicendo ñ esset baptism⁹
q̈uis quidam ꝯtrarium dicant. A. In.c.a
quodaz.de conse.di.4.dicitur ꝙ baptiza
tus in noie christi non est rebaptizãdus:q2
tenet baptismus licet non debuerit fieri ꝫ
glo.ibi. B

Quid si dicat: In noie trinitatis. Nõ
est baptismus:q2 nõ exprimũtur persone:
sed solũ nũer⁹ personarũ. Silr nõ ẽ baptis
mus si dicatur: In noie genitoris ꝛ geniti
ꝛ procedentis ab vtroqꝫ: q2 genitor non si
gnificat personã patris:sic hypostasim sub
sistentẽ:sed per modũ actus:ꝛ iõ non ẽ ea
dem significatio nec eẽt baptizatus:ꝛ eadẽ
rõ de alijs est. Quãuis aũt non sit eadem
vox in greco ꝛ latino:tamen est eadẽ signi
ficatio. Unde in qualibet lingua illa perti
nent ad formã que ꝑncipalit⁹ sũt instituta
ad significãdũ personas illas. A. Idez
in sum.con.e.ti.q.ii.ꝛ.12. B

Quid si verba ꝓferãt corrupte. Rñ° ꝫ
Tho. vbi.s̃. Aut facit aliquis ex industria
sic non vr̃ intendere qđ ecclia itendit: vn
de non est baptismus. Aut facit ex ignoran
tia vel defectu lingue: ꝛ tunc si tanta ẽ corru
ptio ꝙ oio auferat sensum non est baptis
mus. Si vero sensus remanet est baptis
mus: vt dicendo patria ꝛ filia: sicut hr̃ de
con se.di.4.retulerũt. Et hoc precipue acci
dit ꝙ sensus nõ mutatur qñ fit corruptio i
fine:sed mutatio ex parte ꝑncipij variat si
gnificationẽ:ꝛ iõ nõ est baptismus. A.
Hoc intellige vt plurimũ. Si aũt occurrẽt
in aliqua lingua ꝙ corruptio ex parte prin
cipij nõ mutaret ꝫ eadẽ significatõnem
saltez ꝫ accõmodationẽ vsus ñ vitiat bap
tismũ scđz Pe. ꝛ in sũ.cõ.d.q.xi. B

Quid si aliquid subtrahatur. Rñ° ꝫm
Tho.in.4.di.3. Si illud qđ subtrahit sit
de essentia forme non est baptismus: ꝛ qui
sic baptizat grauiter peccat: vt si subtrahat
inuocatio triũ personarũ vl' expressio act⁹
vel expressio persone baptizate. Sed expsi
sio persone baptizãtis non est de forma q̈
tum ad necessitatẽ sacri: sed đ institutiõe ec
clesie. Et ideo si obmittat ego: erit baptis
mus: sed peccat baptizans. A. Adde
scđm Pe. ꝛ Al. ꝛ in sũ.con.dicta.q.xi.li.3
ti.24. ꝙ erga substantialia est distinguen
dum: quia si subtractio seu diminutio fit
ex voluntate vitiat baptismum. Si ex neces
sitate pie creditur ꝙ summus sacerdos sup
pleat: vt si puer moreretur anteq̈ sacer
dos verba forme perficeret: vnde talis si
moriatur in cimiterio sepeliendus ẽ. si vero
superuixerit: credo ꝙ ratione dubij sub cõ
ditione rebaptizandus ẽ. B.

Quid si additur aliquid. Rñ° secũduz
Tho. vbi.s̃. Duo hic obseruãda sũt. Pri
mum ex parte addentis: quia si aliquid ad
deret intendẽs illud eẽ de forma quasi vo
lens nouum ritum adducere: constat ꝙ ñ
non intendit proferre formam qua vtitur
ecclesia: ꝛ ita nec facere quod facit ecclia: q̃
re non esset baptismus. Secus autem esset
qui ex aliqua causa adderet: vt ex deuotio
ne quadam. Secũdũ est ex parte eius qđ
additur: quia si est corruptiuum forme nõ
est baptismus: sicut si dicatur in nomie pa
tris maioris ꝛ filij minoris corrumpitur fi
des quam forma profitetur. Si vero qđ
additur non est corruptiuum forme: sicut
si additur: ꝛ beate Marie: probabilius vr̃
ꝙ esset baptismus. A. Con. Pe. ꝛ Al.
vt in sum.con.dicta.q.xi. B

Quid si fiat interruptio. Rñdeo secũ
dum Tho.in.4.sen.di.3. Si sit tanta inter
ruptio ꝙ intercipiat intentionem baptizã
tis non est baptismus: sicut si dicatur: In
nomine patris: ꝛ interponatur longa fabu
la: ꝛ postea dicatur: ꝛ filij: Si ãt fuerit par
ua iterruptio: vt puta verbi: nõ corrũpẽtis
formã: vt si dicatur: In nomie patris om
nipotentis: aut interruptio silentij aut tus
sis ꝛ h⁹mõi: quod intentionem nõ discon
tinuet: est baptismus. A. Idem in sum.
con.dicta.q.xi. Ubi etiam additur secũdũ
Tho. ꝙ si sacerdos vel baptizans dicat:
Ego intendo te baptizare non est baptis
mus. B

Quid si fiat transpositio. Respõdeo
scđm Tho. vbi.s̃. Si est talis transpositio
ꝙ mutet intellectum: non fit baptismus:
vt si dicatur: In nomine patris baptizo te
ꝛ filij. Secus si non mutat intellectum:
vt si dicatur: In nomine patris et filij ꝛ spi
ritus sãcti baptizo te. Alij dicunt ꝙ qualit
cũqꝫ mutet ordo vborũ nõ vr̃ itellect⁹ mu
tari⁹ ꝛ erit baptism⁹ A. Pe. dicit: Si mu
tatio fiat ex siplicitate: ñ nocz: si ex malitia

sic: vt in sum. con. dicta. q. xi. Tutius videt
hoc casu rebaptiçare sub ꝯditione rõne du
bij: sicut in simili dictũ est. B. De forma
ꝟboꝝ qñ plures simul baptiçãt: vl' qñ plu
res baptiçantur vide. j. baptism⁹. 3. §. 9.

Baptismus II.° quo ad ma
teriã. Utrũ
aqua permixta possit esse conueni
ens materis baptismi. Rñdeo sm Tho. in
4. di. 3. Permixtio potest esse duplex. Una
que tollit spẽm. s. quando per alterationez
transit in aliam speciem: sicut per putrefa'
ctionem aliquam vel digestionem transit i
vinum: aut etiam per additionem tantam
alterius liquoris: quo soluatur spẽs aque:
sicut si parum aque multo vino admiscea
tur. Alia permixtio est que non tollit speci'
em aque: sicut quando alteratur aqua sm
aliqđ accidens ꝛ manet spẽs: vt in aqua ca
lefacta: vel qñ aque additur aliquid quod
illi nõ cõmiscetur: sicut si aliqua solida po'
nãtur in aqua: vel si sit cõmiscibile: sicut ali
quid humidũ est tam parue quantitatis ꝙ
in aquã penitus conuertitur. In aqua ergo
p̄mo mõ permixta nõ põt fieri baptism⁹:
qꝛ iam nõ est aqua: permixta aũt 2° modo
potest fieri. Uñ in aqua maris põt fieri: si'
militer in lixiuio: ꝛ in aquis sulphureis ꝛ i
alijs q̃ ex terra p quã trãseunt nõ mutãtur
in aliaz speciez. A. Idem in sum. con. li.
3. ti. 24. q. 13. vbi additur ꝙ cognosci potest
quando mutata sit spẽs aque vel nõ ex rari
tate ꝛ densitate: vel quando humor aliquis
non calefieret calore vel non constringeret
frigore sicut aqua: vt patet in vino: oleo: la
cte: ꝛ hi⁹: vnde si aqua paludꝫ esset intãta
igrossata ꝙ recederet a vera raritate aque:
non esset baptismus: sicut si eẽt lutuz. Silr
non potest fieri in brodio pinguiuz ꝛ hi⁹ q̃
infrigidata congelantur. Nec in aquis q̃s
faciunt alchimiste ad mutanda metalla.
Dicitur etiaz ibi ꝙ melius esset si sacerdos
faceret fieri aquã calidã: qꝛ paruuli ita quã
doqꝫ penetrantur frigore aque ꝙ ꝯtrahũt
mortales infirmitates ꝛ moriuntur. B.

Utrum baptism⁹ aque possit i aliquo sup
pleri. Rñdeo sm Pe. Scđm oẽm legem
nõ põt in pueris suppleri cum non possint
habere vsuz liberi arbitrij. Sꝫ si p xp̄o oc
ciderent: pie creditur ꝙ saluarent sine ba'
ptismo. In adultis aũt potest p baptismũ
flaminis seu contritionis: ꝛ p baptismũ sã
guinis. i. martyrij. Et hoc intellige quãdo
est articulus necessitatis: non ꝯtemptus re'
ligionis. Idem Tho. in. 4. di. 4. A.
Idem in sum. con. eo. ti. q. 20. B.

Prohibitum est vt non fiat baptismus
nisi cum chrismate nouo. s. illius anni p̄ter
q̃ in necessitate mortis. Et puniutur sacer'
dos si contrafecerit: de conse. dis. 4. siquis
de alio. Idem intelligendum est de confir
matione: ꝛ tanto magis quanto confirma
tio minoris est necessitatis q̃ baptismus:
ar. extra de sen. excõ. qm̃. li. 6. B.

Baptismus 3.° Quo ad mi
nistruz. De
bitus minister baptismi secunduz
omnes theologos est sacerdos. Sed in ne
cessitate quilibet potest baptiçare: vir siue
mulier: ordinatus ꝛ non ordinatus: fidelis
ꝛ infidelis: dummodo habeant intentio'
nem baptiçandi ꝛ seruent formam ecclesie
Unde ꝛ si non credat sacramentum baptis
mi neqꝫ aliquid spirituale ibi fieri: dũmo'
do in genere intendat facere quod facit ec'
clesia baptismus est. Sed tamen simplex
clericus non debet baptiçare presente pre'
sbytero: neqꝫ laicus presente clerico: neqꝫ
mulier presente viro. Probantur hec om'
nia de conse. di. 4. mulier. ꝛ. c. romanus. ꝛ
30. q. 3. super quibus. Idem Tho. in. 3. par
te. q. 67. A. Adde predictis vt melius ꝓ
bentur: de conse. di. 4. c. in necessitate. ꝛ. c.
a quodam iudeo. ꝛ. c. siue hereticus. Pre
dicta etiam notantur in sum. con. libro. 3°.
ti. 24. q. 26. Ubi etiam dicitur secundum
Tho. ꝙ presbyter baptiçare potest presen
te episcopo: quia de officio suo est. B.

An baptismus tradi possit a malis mi'
nistris. Respondeo secundum Pe. sic: qꝛ
bonitas ministri non est de necessitate: sed
de congruentia. Unde dicit Augustin⁹. ꝙ
per ebriosum: homicidam ꝛ per quencun
qꝫ malum datur baptismus: ꝛ baptiçatis
totus effectus baptismi confertur. Idem
Al. ꝛ Tho. in. 4. dis. 5.

Sed quid si sacerdos nolit baptiçare ni
si dato sibi precio aliquo. Rñdeo sꝫ Pe.
ꝛ Tho. in. 4. di. 5. A tali licet emere aquaz
ꝓ baptismo ẽt si aqua ꝯsecrata est: sed non

licet pro baptismo dare pecuniam nec dare se: quia in tali casu sufficit baptismus flaminis: nec pro alio: quia non sunt facienda mala ut eveniant bona: Ro. 3. Tamen in casu necessitatis ille qui gerit curam pueri licite potest baptiçare vel a quocunque alio facere baptiçari: ut ponit Tho. 2a 2e q. 100. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 24. Ubi etiam subditur: Alb. dicit q in tali casu licet redimere vexationem sui iuris & pro se si baptiçandus est: & pro paruulo quem velit baptiçari. Sed Tho. dicit q primum videtur melius: hec ibi. Hoc ita apparet. Nam hoc casu non ingeritur aliqua vexatio sed sacramenti denegatio nisi simoniace. B.

Utrum malus minister peccet mortaliter baptiçando. Rndeo sm Tho. & Pe. ubi s. Aut baptiçat cum solennitate & ut minister ecclesie: & tunc peccat mortaliter si peccatum recolit nec penitet. Aut baptiçat in articulo necessitatis sicut vetula baptiçat: et tunc non peccat.

Utrum qui scienter suscepit baptismum a malo ministro peccet mortaliter. Respondeo sm Tho. & Pe. ubi s. Si malus minister sit precisus ab ecclesia: suscipiens scienter a tali peccat: nisi in articulo necessitatis: in quo recipere posset a quocunque heretico. Sed sine necessitate: nec ab heretico nec ab excommunicato: nec suspenso recipi debet. Si autem non est precisus: nec peccat suscipiens ab eo: nisi forte per accidens si hoc ipso foveat ei fovendo eum in peccato. A. Idem in sum. con. eo. ti. q. 23. B.

Utrum melior sit baptismus qui confertur a bono. Rndeo sm Tho. in. 4. di. 5. Equalis est ab utroque quantum ad substantiales effectus sed tamen cum effectu principali potest aliquid plus conferri ex merito baptiçantis: sed hic effectus accidentalis est. Idem Pe. A. Idem in su. con. eo. ti. q. 27. B.

Utrum angelus possit baptiçare. Respondeo sm Tho. ubi supra: Angelo bono ex officio quidem non competit baptiçare nec ecclesiam consecrare. Potest tamen ex speciali mandato dei. Et quia nunquam usurparet sibi alienum officium: ideo si sciatur bonus angelus esse non esset quis rebaptiçandus neque ecclesia reconsecranda: ut de ecclesia sancti michaelis factum est. Malo autem angelo idest diabolo potestas baptiçandi competere non potest: neque ex officio neque ex speciali mandato: non. n. potest esse minister salutis sed punitionis. Unde semper presumendum esset q non faceret ratione baptiçandi: sed decipiendi. Unde nullo modo pot. A. Idem in su. co. q. 28. & 29. B.

Utrum in baptiçante requiratur intentio. Rndeo sm Tho. in. 4. dis. 6. Sic. Sed si quando proferet verba non adsit actualis intentio: dummodo prius intenderit: & contraria intentio non intervenerit sufficit ad baptismum. Et ex his patet q furiosus & ebrius quando omnino usu rationis carent baptiçare non possunt: quia non possunt habere intentionem. A. Idem in sum. co. q. 35. li. 3. ti. 24. B.

Utrum plures possunt unum baptiçare. Rn. sm Tho. in. 4. di. 3. & in 3. parte. q. 67. Possunt dummodo quilibet intendat totum facere. Similiter & unus plures simul dummodo intendat baptiçare omnes. Neutrum tamen debet fieri sine magna necessitate. A. alias facientes peccarent sm Pe. ut i su. con. eo. ti. q. 25. B. Et quidem quando plures baptiçant si dicant nos baptiçamus: non est baptismus: sed quilibet debet dicere: ego te baptiço. Quando autem unus baptiçat plures dicens: ego vos baptiço baptiçati sunt. Et de hoc vide infra baptismus. 4. §. 3. A. Videtur etiam Tho. sentire q etiam si unus baptiçans dicat nos baptiçamus nihil facit. Sed Pe. dicit. Puto verius q baptiçant si dicatur: vos baptiçamus: quia modus exprimendi actum non est de substantia forme: & ideo cum dicitur: baptiço vos: servatur sufficienter forma ecclesie. Frater Durandus dicit. q dicentes: nos baptiçamus non baptiçant nisi sm loquendi usum intendant pluralem numerum pro singulari ponere: & tunc ille solus baptiçat qui prius verba complet mergendo seu aquam infundendo. Puto q tutior pars sit eligenda: extra de homi. petitio. B.

Baptismus IIII.

Baptismus IIII° quo ad suscipientes. Utrum omnes teneantur ad baptismum. Rn. sm Tho. in. 4. di. 6. Quilibet tenetur etiam sanctificatus in utero propter tres rones. primo quidem propter acquirendum characterem

que annumerarent in populo dei: τ quasi ò
putet ad pcipienda sacra dina. 2° vt p bap
tismi perceptionē passioni xpi ēt corpora
liter cōformetur. tertio ppt bonū obie: qa
preceptū de baptismo oib⁹ datuʒ est.
Utrū in vtero exñs puer possit bap/
tiçari. Rñdeo scōm Tho. in. 4. di. 6. Nō
pōt: q2 talis deo notus ē: nō ecclesie: nec sb
ĳci pōt operationi ministrorum ecclesie.
Unde dicit Aug. ꝙ sicut qui non vixerit ñ
potest mori: ita qui natus non fuerit ñ pōt
renasci. Non debet autem mater scindi vt
puer possit nasci τ baptiçari: quia secūduʒ
aplʒ non sunt facienda mala vt veniāt bo
na. Deberet autem scindi si iā defūcta eēt:
vt. ff. de inoffi. testō. l. posthumus. Qñ au
tē apparet aliquod mēbrū: τ nō est plene
natus: expectanda ē talis egressio: nisi mō
tis periculum immineat seu timeatur. Nam
in tali periculo egressa parte principali. s.
capite baptiçari debet. Secus de aliĳs pti
bus: vt de manu τ de pede: q̄b9 nō noce
at: si ille partes aspergantur aqua baptis/
mali: q2 diuina misericordia non est artā/
da. Et si postea nascatur plenarie non ē re
baptiçandus scōm quosdā. Sed nihil pe/
riculi accidit si ad cautelam baptiçet sub
hac forma: Si ñ es baptiçatus ego te bap
tiço τc. A. Idē i sū. con. e. ti. q. 32. B.
Quid fiet qñ nascitur mōstrū. Respō
deo scōm Tho. in quolibet. Aut certum ē
esse duas animas rationales: an non. Cer
tum aūt est si sunt duo capita τ duo colla τ
duo pectora: quia erunt per ꝯsequens duo
corda: τ sic sunt baptiçandi vt duo. Et q̄/
uis presumatur ꝙ plures possint simul bap
tiçari dicendo: ego vos baptiço: tutius tñ
est eos baptiçari singillatim. Si vero du/
bium est utrum sint due anime: tunc pmo
baptiçandus ē vnus postea potest alt bap
tiçari dubie sic: Si non es baptiçatus ego
te baptiço. A. Idem in sum. con. e. ti.
q. 33. Ubi ēt dr ꝙ tunc est dubiū si sint duo
capita distincta: vel quid simile. B
Utrum in eo qui est baptiçandus req/
ratur intentio τ voluntas. Rñdeo secūdū
Pe. Suscipientium baptismuʒ tres sunt
differentie. Quidam. n. nunq̄ habuerunt
vsum rationis: vt paruuli τ perpetuo furi
osi: τ in his non requiritur volūtas. Qui/
dam vero aliquando habuerunt licet tūc
non habeant: τ in his in necessitate sufficit
antecedens voluntas. Itaq̄ȝ amentes τ
dormientes si ante furiam vel dormitōeʒ
habeant ꝯriam voluntatē non recipiūt sa
cramentū. Si aūt habuerūt ppositum: τ
hoc per signa aliqua innotuit: tunc i arti/
culo necessitatis debēt baptiçari etiā si furi
osus tūc contradiceret Si tamē necessitas
tunc non sit debet expectari lucidū iterual
lū vel vigilia dormientis. Quidā vero ha
bent vsū rōnis: tunc cum baptiçant τ i his
requiritur contritio τ deuotio ad percipiē
dū rem sacramenti: τ intentio τ voluntas
ad percipiendū sacrm. Nec tamē requirit
voluntas absoluta recipiendi quod ecclia
confert: sed quādoq̄ȝ sufficit voluntas coa
cta: τ si sit coactio sufficiēs τ ex toto ab ex̄
vt cum aliquis reclamans immergit violē
ter: talis nec sacrm suscipit: nec rem sacra/
menti. Si autem sit coactio inducēs: sicut
minis vel flagellis: ita ꝙ potius ipse eligat
baptismū suscipere q̄ȝ talia pati: suscipit sa
cramentū: sed nō rē sacri. Idē Tho. in. 4
di. 4. τ. 6. Similiter τ Al. Sed τ hec pro/
bāt. 45. di. de iudeis τ ex̄ de bap. τ eius ef
fectu maiores circa si. A. Idem in sum.
cō. li. 3. ti. 27. q. 36. B
Utrum in eo qui debet baptiçari req
ratur fides. Rñdeo scōm Pe. In paruu
lis τ naturaliter stultis τ huiusmodi q per
se non possunt credere nō requiritur fides
propria: sed sufficit aliena. In aliĳs vero
requiritur fides propria: non quidem ad
ad susceptionē sacri: quia etiam sine ea re
ciperetur character: sed q̄ȝtū ad susceptio
nem rei sacramenti. i. gratie. Idem Tho. i
4. di. 6. A. Idē in sum. cō. e. ti. q. 37. B.
Baptismus iterari nō debet. i. q. i. qd q
dā. Pena aūt iterantis scōm leges est de
capitatio. C. ne sanctū baptismū. l. 2. A.
Ibi non dr decapitatio sed vltimū suppli/
cium quod importat mortem qualitercū
q̄ȝ inferat. B. Secūdū canones vero ta/
les ñ pnt pmoueri siue sciēter rebaptiçati
sunt siue ignoranter: τ postq̄ȝ sciuerit ratuʒ
hūerūt di. 50. cōfirmādū. Al' vero q igno
rant rebaptiçati fuerūt: vt ifantes: vel coa
cti absolute possunt promoueri ƒʒ quosdā
de iure, Secundum alios qd tutius est de

dispensatione: de conse. di. 4. eos. A Ar
icipit hos. Sed melius facit. c. qui bis. ea.
di. vbi dicitur qui bis ignoranter baptiça
ti sunt non indigēt pro eo penitere nisi q se
cūdū canones ordinari non possunt nisi a
liqua magna necessitas cogat. B Itē cle
rici iterantes baptismum deponēdi sūt: ar
gu. in dicto. c. eos. ⁊. c. qui bis. Laici vero
excōicandi ⁊ pena plectēdi grauiori: vt ibi
A Ibi nil dicitur de excōicatione: sed de
grauibus penitentijs. B Si dubitetur
an aliquis baptiçatus fuerit batiçaret bis
verbis premissis: Si es baptiçatus non te
baptiço: si non es baptiçatus ego te bapti-
ço: In nomine patris ⁊c. de bapt. c. 2. A
Eodem modo faciendū est qn̄ dubitat pro
babiliter de collatione aliorum sacramēto
rum: puta an sit aliquis confirmatus vl' or
dinatus ⁊ huiusmodi: vt in sum. con. eo.
ti. q. 38. B

Cum iudeus vel paganus petit baptis-
mum an statim baptiçandus sit. Respon-
deo si periculum est in mora: vt qr baptiçā
dus timet ne alij infideles si hoc senserint
interficiant: vel eū aliter impediant q̄citi⁹
est baptizandus: de conse disti. 4. nequod
absit. Sed si periculum non iminet: tunc
per octo menses vel alio termino arbitra-
to debet deferri: ⁊ inter cathecuminos tene
ri: de conse. di. 4. iudei. ⁊. c. se A Idem i
sū. cō. e. ti. q. 41. B De hac dilatōe iterū
hēs. j. baptismus. 5. §. 2.

Quid siquis nō baptiçatus pmoueat i
sacerdotē ⁊ epm: ⁊ postmodum celebrat ⁊
multos ordinat. Respondeo scōm Tho. i
di. 24. Non baptiçatus nullum ordinē re-
cipere pōt: nec conficere nec absoluere: nec
etiaz ordinare. Tamen pie credi pōt q q̄
tum ad vltimos effectus sacramentorum
summus sacerdos suppleret d̄fectū: ⁊ q n̄
permitteret hoc ita latere quod in pericu-
lum ecclesie iminere posset. A Albricus
autem dicit q putat talē cōficere non in po
testate sua sed in potestate ecclesie. Descen-
dit enim tunc a virtute spūs sancti vegetan
tis ecclesiā potestas in illum ne ecclesia de
cipiatur: ⁊ illum excusat ignorātia inuinci
bilis: vt in sū. cō. li. 3. ti. 22. q. 8. Primuz vi
detur verius. Nam cum de hoc errore cō
stiterit taliter ordinati debēt reordinari: vt
in. c. i. ex̄ de presbytero non bap. B De
fictis accidentibus ad baptismū: hēs infra
baptismus. 7. §. 2.

Baptismus quinto

quo ad tempora. Utrum aliqd̄
tps determinatum sit ad baptismum. Re
spondeo scōm Tho. in. 4. di. 6. q in bap-
tismo duo considerantur. s. substātia sacra-
menti: ⁊ q̄tum ad hoc non est aliquod tps
determinatum immo qualibet die ⁊ hora
baptismus celebrari pōt. Aliud est solēni-
tas: ⁊ q̄tum ad hoc etiam habet duplex
tps. s. sabbatum pasche ⁊ sabbatum pēte-
costes. A Rō huius ē: quia baptism⁹
habet efficaciam ex duobus. s. ex virtute
spiritus sācti ⁊ ex passione xpi: cuius mor
ti aliquis configuratur per baptismū: q̄si
consepultus xpo in morte: Ro. 6. vt in sū.
con. li. 3. ti. 24. q. 29. B

Utrum baptismus debeat per aliquod
tpus differri. Respondeo scōm Tho. i. 4.
di. 4. Magis est laudabile q puer q̄ citi-
us pōt fieri baptiçetur. primo qr interiz pu
er mori posset ⁊ dānaret. 2° quia demones
n̄ hn̄t tātā ptātē i baptiçat sic i n̄ baptiçato
neq̄ q̄tū ad nocumēta spūalia neq̄ q̄tū
ad nocumēta corporalia. 3° qr i pueritia
facilius homo inducitur ⁊ ⁊ assuescit in his
que sunt christiane religionis ⁊ fortius in-
heret. Adultis autem sicut dicit Tho. in. 3.
parte. q. 68. non statim cum conuertuntur
ē sacr̄m hoc cōferēdū. prio qdē ne i talibz
ecclesia decipiat. 2° vt ante baptismū d̄ fide
plenius instruāt. tertio pp reuerentiā sacri
dum in solēnitatibus precipuis. s. pasche
⁊ pentecostes homines ad baptismum
admittuntur. Si tamen plene eēnt in-
structi: aut si mortis periculum iminēt: sta
tiz eēnt baptiçādi. A Idē i sū. cō. e. ti. q.
40. B De differentibus aūt baptismuz
vsq̄ ad mortē: vide. j. ordinādus. §. 2.

Baptismus sexto

quo ad ritū: vtr̄ imersio sit d̄ ne
cessitate baptismi. R° s̄m Tho. in. 3. pte. q.
66. Qn̄ ɔsuetudo ecclie patit: vl' qn̄ neces-
sitas icumbit pp d̄fectū aque: vel pp peri-
culum pueri de cuius morte timetur: vel
etiam quia sacerdos non potest sustentare

baptiçandū pōt sine imersione baptismus
celebrari. Et etiā sufficit si tm̄ caput aspgat
Sꝫ imergendi consuetudo laudabilior est
Similiter laudabilius est ꝙ ter imergatur
quod sigt̄ fideꝫ trinitatis ꝛ triduum sepul-
ture xp̄i. Hec tm̄ significatio non est ꝺ suba
sacramēti: tn̄ grauiter peccarent qui contra
consuetudinē ecclie semel tantum imerge-
rent. Idem Pe. ꝛ Al. A. Idem in sū.
con. q. 14. ꝛ. 15. B.

Quid si de duobus sacerdotibus alter
sit manchus ꝛ alter mutus: vno ꝓferente et
alio imergente. Rn̄. ꝼm Tho. in. 4. dist. 6.
Non est baptism⁹. Idem Hosti. A. qa
ipsa ꝟba forme ostendunt ꝙ ab eodem de
beat fieri imersio ꝛ pronunciatio ꝟboꝝ: vt
in sum. con. co. ti. q. 38.

Quid significant sacramentalia que fiūt
in baptismo. Rn̄. ꝼm Pe. in. 4. sen. Qua-
tuor sacramentalia fiunt ante baptismuꝫ q̄
significant hoc modo. Exsufflatio ꝛ infla-
tio significant spiritus mali expulsionem ꝛ
boni introductionem. Salis inussio: grati
tiam ꝛ sapientiam ꝛ a peccatorum putredi
ne preseruationem. Saliue contactus ad
aures ꝛ nares: sensuum spiritualium aperi
tionem. Unctio olei in pectore ꝛ inter sca-
pulas: legis dei amorem ꝛ deuotam subie-
ctionem. Tria quoq̧ alia fiunt post baptis
muꝫ: scilicet chrismatō in vertice: que signi
ficat christi gratiam in mente: impositio ce
rei: que significat fidei ꝛ morum charitatē:
vestis candida: que significat innocentie re
stitutionem. A. Idem in sum. con. e. ti. q
44. vbi etiam dicitur: Nota ꝙ lꝫ pannum
quo ligant̄ frōtes ꝯfirmatoruꝫ seu vesteꝫ: q̄
ponitur in capite baptiçati iterato sumere
ad idem officium: de cōse. dist. 4. sigs vo-
luerit. in tex. ꝛ glo. B.

Utrum in baptismo vel ꝯfirmatione pos
sit leuare vel tenere q non est baptiçat⁹ vel
confirmat⁹. Rn̄. nō pōt: de conse. di. 4. in
baptismate. nisi in necessitate: qꝛ tunc etiaꝫ
baptiçare: pōt ꝛ de fonte sacro leuare. Et ꝺ
hoc casu habes diffuse inter impedimenta
matrimonij infra impedimentum. 6. §. pe.
Religiosis non licet de baptismo leuare: vi
de de hoc infra ipedimentum. 6. §. fi. De
cathecismo patrinis ꝛ eorum responsis ha
bes. ī. cathecismus.

Baptismus VII. q⁹ ad ei⁹ effectuꝫ.

Quis sit effectus baptismi. Rn̄. ꝼꝫ
Tho. in. 4. dis. 4. Paruuli quidem in ba-
ptismo mundantur ab originali: ꝛ dantur
eis virtutes in habitu sꝫ non in vsu: adul-
tis autem fit remissio omnium peccatoruꝫ
non solum originalis: sꝫ etiam alioruꝫ ꝛ to
tius pene: neq̧ requiritur alia penitentia.
Con. Pe. ꝛ magister sententiaꝝ. A. Idē
in sum. con. eo. ti. q. 16. Ubi etiam dicit ꝙ
requiritur attritio que tollit indispositionē
s. propositum peccandi: ꝛ ꝙ malum ei dis-
plicet: ꝼm Pe. ꝛ Tho. Alexander autem
de ales super. 2°. sententiarum. di. 37. q. 10.
q̄ incipit: Octauo queritur. ꝛ. q. xj. q̄ icipit:
Queritur postea. dicit ꝙ cum adultus ve
nit ad baptismum de necessitate debet do-
lere ꝛ penitere de omnibus mortalib⁹ quo
rum recordatur: ꝛ etiam de venialibus in
genere: ꝛ forte de maioribus venialib⁹ par
ticulariter dolēdo ꝙ commisit: seu ꝙ sit in
culpa alicuius peccati etiam venialis. Qꝺ
si non fecerit gratiā nō recipit bap'i maleꝫ.

Utrum fictio impediat effectum baptis
mi. Rn̄. ꝼm Pe. qui fictus est in hoc ꝙ si-
mulat se velle conferre vel suscipere baptis
mum ꝛ non intendit: effectum eius impe-
dit. Sꝫ qui simulat se depositum interius
cum non sit: vel qꝛ non credit: vel quia cuꝫ
proposito peccandi accedit: aut contemnit
sacramentuꝫ non reueretur: vt in sum. cō.
sequitur: non suscipit rem sacramenti. i.
gratiam sꝫ characterꝫ suscipit. Et vt dicit
Aug⁹. Cōualescere incipit qn̄ fictio veraci
confessione recesserit. Et baptismus qdem
peccata ante cōmissa delet quo ad culpam
ꝛ penam sꝫ cōmissa post baptismum delet
quo ad culpā: ꝛ hoc p accidens: qꝛ magis
delentur ꝟtute penitētie. Con. Al. ꝛ Tho. i
4. di. 4. A. Idem in sum. con. li. 3. ti. 24.
q. 17. ꝛ. 18. B.

Utrum effectus baptismi equalis sit in
omnibus. Rn̄deo ꝼꝫ Pe. quantū ad cha
racteris impressionem ꝛ peccatoruꝫ ꝛ pena
rum remissionem equalis effectus est: sed
q̄tum ad depressionem fomitis ꝛ infusio-
nem gratie est ineq̄lis: qꝛ ineq̄lis potest eē
dispō volūtatis. In paruulis tn̄ qꝛ eq̄lis ē
dispō ꝛ effectus equalis erit. Con. Alb. et

Tho. in. 4. dis. 4. A. Idē in sū. con. eo. ti. q. 21. vbi ēt dicitur ꝙ ex ꝑuilegio speciali pōt plus dare vni q̄ꝫ alteri. A. Baptismꝰ nō tollit irregularitatē bigamie. ſ. bigamia §. 6. sꝫ bene tollit illam homicidij. ſ. homicidium. 4. §. primo in fine.

Bellum p°. cōmuniter ad hoc ꝙ bellum sit iustuꝫ tria requiruntur ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 40. Primuꝫ. s. auctoritas principis: q2 priuata ꝑsona in iudicio ius suum potest ꝓsequi. Et intellige principis siue ecclesiastici: vt quādo pugnatur pro eccłia: siue ꝑncipis secularis. 23. q. 1. quid culpatur. ⁊. q. 2. c. primo. Et ſm Al. sufficit auctoritas inferiorꝫ dignitatuꝫ ad defensionē sibi subditoruꝫ quādo quis alr̄s per iudicem se iuuare non potest. Secundū quod requiritur in bello iusto ex iusta causa: vt. s. illi cōtra quos bellū mouetur ex aliqua culpa hoc meruerunt. Unde Augꝰ. in li. questionū: Justa bella debēt diffiniri q̄ vlciscūtur iniurias si gens vel ciuitas plectenda est: q̄ vel iudicare neglexerit quod a suis improbe factuꝫ est: vel reddere quod ꝑ iniuriam ablatū est. 23. q. 2. dominꝰ. Tertiū requiritur intentio recta. s. qua intēdit vel vt bonū ꝓmoueatur vel vt malū vitetur: vñ non lꝫ fieri ex odio ⁊ hꝰ: sꝫ ꝓpter iusticiam ⁊ charitatē: vt in predicto. c. quid culpatur. ⁊. c. militare. Sunt alia duo q̄ ponuntur a quibusdā reqri in iusto bello: videlicet vt non sit persona cui bellare non licet: vt clericus. 23. q. 8. clerici. Sed hoc est ꝓpter specialeꝫ ꝓhibitionē: vt dicitur. ſ. bellum. 2. §. ꝑmo. Item vt fiat ꝓ rerum repetitione vel patrie defensione: ⁊ hꝰ. 23. q. 2. c. ꝑmo. Sed hoc reducitur ad iustā causam. A. Idem prolixius in sum. con. li. 2. ti. 5. q. 45. vbi etiam dicitur ſm glo. Ray. ꝙ princeps qui nullum habet superiorem siue rex siue imperator auctoritate propria si iusta causa subsit potest mouere bellum tam contra subditos q̄ꝫ contra extraneos. Potest ⁊ subditis suis dare auctoritatem mouendi bellum ꝯtra eosdeꝫ ⁊ eodem modo. Sed certe nullus est preter papam q non habeat superiorem saltē ipsuꝫ papam. 96. di. duo sunt. Ideo ad ipsū si potest fieri pro iusticia debet recurrere: q2 ab ipso ēt imperator potest iudicari. dicto. c. duo. B.

Utrum sine principis auctoritate per aliquod particulare bellum liceat iniuriaꝫ repellere. Rñ. De iure naturali potest quilibet vim vi repellere: dum tamen incontinēti ⁊ cum moderamine inculpate tutele. i. ꝙ tutela illa moderata ⁊ sine culpa sit: nec sit ad sumendam vindiciam: sed ad propulsādam iniuriam: extra de homi. significasti. 2. circa finem. Dico propulsandam siue a se siue a socio. 23. q. 3. non in ferenda. ⁊ c. vlti. A. Pro socio intellige quēcunq̄ꝫ iniuriam patientem: vt ex dictis. c. potest colligi. B. ⁊ si quideꝫ vis seu iniuria sit in ꝑsonā: tunc potest vis repelli anteq̄ꝫ sit illata nam licitum est occidere insidiantem ⁊ euꝫ qui vult occidere: si aliter non potest q̄s manus eius euadere. ff. ad. l. aql̄. l. 4. ⁊. 5. A. Si autem aliquis post vim illatam ꝑsone repercutiat: non videtur repulsio iniurie sꝫ vindicta que prohibita est omnibus: dicto. c. significasti. Ideo tenetur nisi viderit iniuriantem paratum denuo percutere: vt notat glo. in dicto. c. significasti. Ubi etiam dicitur ꝙ moderamen intelligitur si illud tantum fiat quo omisso violentia repelli ñ posset: ⁊ ꝙ siquis modum excedat non tenetur si non facit ex proposito. ff. ad. l. aquil. si ex plagis. §. tabernarius. Ray. dicit hoc verū quo ad sententiam excōicationis quando iniuria fieret in personam ecclesiasticam. Sꝫ quantum ad aliam satisfactionem de excessu vel quo ad penitentiam vel irregularitatem si propter repercussionem mors secuta est: tutius credo ꝙ teneatur: vt in sum. con. li. 2. ti. 5. q. 52. Sed dictus. §. tabernarius. ñ loquitur de cōicatione: sed de satisfactione illati damni: ad quam dicit non teneri repcutiendo excedentem non ex proposito, ꝓpter precedentem culpam inuasoris: vt ibi. B. Si autem vis inferatur in rebus: tunc ⁊ illatam ⁊ inferendam licet repellere: sed post illatā duꝫ tamen incontinenti. i. q̄ꝫ cito si illata vis priusq̄ꝫ diuertat ad alium actū extra de resti. spo. olim causam. ⁊ in preallegato. c. significasti. A. Ubi dicit glo. ꝙ intelligitur incontinenti fieri etiam collectis amicis: quod puto intelligenduꝫ si ista collectio fiat anteq̄ꝫ diuertatur ad actus impertinentes: ar. l. petens. C. de pac. alr̄s posset diu durare ⁊ esse materia publice secte: licet

aliud videatur dici in sum. con. co. ti. q. 53. B. Generaliter autē sciēdū est q̄ ad talia nemo tenetur: imo perfectius eēt remittere iuxta illud Matth. 5. siquis te percusserit i vnam maxillam. &c.

Utrum per bellū vel violētiam liceat ꝓpria auctoritate rē iam ablatā vel inuasam recuperare. R̄n. s̄m Inno. & Hosti. Si hō fiat incontinēti: certe lꝫ: put in ꝓximo. §. dictū ē. Si vō ex interuallo non licet: imo ꝺ bet adiri iudex raptoris & eius auctoritate recupari. nam si aliquis ꝓpria auctoritate violēter recuperaret etiam rem suam: cadit a iure suo & perdit eam. A. Facit ad hoc ff. quod metus cā. l. extat. B. nisi forte n̄ posset per iudicem eam consequi vel recuperare: vt notatur. i. dis. ius gentium.

Quid si absq̄ auctoritate superioris aliquis damnificatus accepit de rebus damnificantis: nunquid potest retinere. Dicendum. Si accepit absq̄ vitio: vtputa quia inuenit: vel alius sibi dedit: & huiꝰ: non peccauit: & potest licite retinere vsq̄ ad valorem damni. ff. de condi. inde. l. si non fortez. §. si centum. nisi forte res que peruenit ad eum fuisset illi a raptore cōmodata. C. de cōmodato. l. pretextu. vel etiam deposita. C. depositi. l. siquis. nam in his casibꝰ non potest retinere. Hec indubitantur vēa sunt sed in foro iudiciali s̄m quosdam etiam lꝫ talis peccet & penitentiam agere teneatur: tamen in foro penitentiali non teneturʳ ad restitutionem. In hoc con. Guil. & Ul. Et ad hoc facit quod dicit Tho. de illo q̄ furtiue accepit rem suam apud alium iniuste detentam: vt habetur infra depositū. §. vi. A. Hic peccatuꝫ ē in accipiendo: nō autē in retinendo: al' non posset & retinere & penitere. 14. q. 6. si res. Retinere aūt nō liceret quando sine alterius iniusto damno vel ꝓximi malo exēplo agere nō posset: ad Ro. 14. ibi. Si propter cibum. &c. & 2. Cor. 6°. Nemini dantes vllam offensionem. vt potest constare ex dictis infra depositum. §. si. Posset etiam in accipiendo non peccare: vt quando non posset iusticiam inuenire secundum Inno. & in sum. con. li. 2. ti. 5. q. 45 & §. proximo. B.

Utrum in bello liceat vti insidijs. R̄n. s̄m Tho. 2ª 2ᵉ. q. 4. In bello iusto licet vti insidijs occultādo ab hostibus ea per que volumus eos impugnare: quia propositum nostrum non tenemur eis aperire. 23. q. 2. dominus. Sꝫ non licet eos sic decipere q̄ dicatur eis falsum vel non seruetur eis promissum 23. q. 1. noli. A. Idem in sū. cō. libro. 2. ti. 5 q. 47. B.

Qui habet iustum belluꝫ suum facit quicquid capit ab hoste: vel eius auxiliatoribꝰ siue subditis siue alijs quousq̄ sit sibi plene satisfactum de omni damno & labore et operis tam sui q̄ suorum: vel donec ipse hostis offerat se ad ius: & velit satisfacere. di. i. ius gentium. 23. q. 7. si de rebus vltra. Hic autem non debet aliquid accipere nisi forte esset talis hostis q̄ propter heresim vel aliud huiusmodi bona sua essent ꝑdictuꝫ publicata. A. Uel nisi bellum esset indictum a principe qui superiorem nō habet: tunc enim non tantum hostis: sed etiam auxiliatorum iniuste iuuantium potest quis res & personas capere. Et capti serui fiunt s̄m Inno. vt in sum. con. eo. ti. q. 45. B. Subditi vero iniuste bellantium si in tali bello non prestent dominis auxilium l' fauorem non sunt expoliandi vel in aliquo puniendi. Peccata enim suos tantum debent tenere auctores: extra de his que fi. a ma. par. ca. c. quesiuit. i. q. 4. c. primo. Qđ verum est etiam si dominus predictorum in ipso iniusto bello vtat' rebꝰ ipsorū ab eis ablatis. Silr̄ nō sunt spoliandi clerici & religiosi: vel ꝯuersi: ꝑegrini: mercatores: rustici euntes & redeuntes & i agricultura existentes: & aīalia quibus arant & semina portant: ex̄ de treuga. inouamus. 24. q. 3. siqs romipetas. Porro tota preda q̄ obuenit de bello iusto dn̄i est: & ipse tenetur diuidere subditis s̄m ꝓportionē & qualitatē ꝑsonarum: vt di. i. ius militare. & notatur. 23. q. 5. dicat. A. s. in glo. & idem nō. glo. in dicto. c. ius militare. Et cum omnibus predictis con. Albricus. B.

Quid cum subditus mouet bellum mandante sibi domino vel seq̄tur eum: nunq̄d tenetur restituere si qua ab hostibꝰ accepit. R̄°. Si bellum sit iustū non tenet' nisi iuxta edictuꝫ domini sui. Si vō sit iniustū & ipse scit tenet': q2 plus debuit timē deum q̄ hominē. Si vero dubitat vtrum sit iustuꝫ vel

non:iterū non tenetur.23.q.1.qd culpat.ī
fi. Excusat eni ꝓpter obiaȝ dñi sui licȝ dñs
peccauerit si forte male precepit. A. Cō.
Al. Sȝ hoc potest intelligi verum quousqȝ
dubitat. vñ alia lr̄a habet interim nō tenet.
Nā cuȝ sciuerit bellū esse iniustum statiȝ in
cipit esse malefidei: ⁊ tenetur restituere qđ
habet: ar. c. fi. ex̄ de prescrip. Si v̄o qđ ac-
cepit ꝯsumptum est bona fide: tenetur inꝙ̄
tum ex illo sit factus locupletior. C. de rei
vendi. l. certum. B.

Sed queritur an sicut subditi mouentes
bellum excusantur in dubio: vt nunc dcm̄
est: vtruȝ similiter excusentur amici cogna
ti stipendiarij: ⁊ hi⁹. Rñ. q: non excusat eos
obia: neqȝ in dubio debent se cōmittere dis
crimini vt iuuent aliquem in preiudicium
alterius. 14. q. 5. deniqȝ. A. Hoc fuit di-
ctum glo. Ray. vt in sum con. co. ii. q. 46.
Et addit: Nec est simile de aduocato queȝ
excusat bona fides ꝙ̄diu credit iustam cau
sam esse quam fouet lȝ in veritate sit iniusta
q: ibi est iudex superior q causam examiat
⁊ de allegatis iudicat. In bello vero virib⁹
corporalibus negocium vincitur ⁊ nō per
rationem diiudicatur. Con. Al. vt ibi. B.

Quid si subditus habet guerram cōtra
dominum vel ecōuerso. Rñ. ſm Guil. Cū
vasallus comitis habet aliquid contra co-
mitem: requirenda est primo auctoritas re
gis. Si autem comes habet aliquid con-
tra regē ⁊ rex humiliter requisitus per par
tes curie nollet illi ius exhibere: credo ꝙ si
ius suum defendat armis cum moderami
ne non peccat. Impugnare vero regem ꝓ
pria auctoritate non licet: sȝ denunciare ha
bet pape qui poterit excōicare: ⁊ crescente
cōtumacia dare auctoritatem mouēdi cō-
tra eum arma: vel conqueratur coram im
peratore si rex illi subsit ⁊ illius auctoritate
si oportebit mouebit bellum. Quando aūt
rex habet causā contra imperatorem vl' im
perator contra regem qui non subest illi ñ
erit ali⁹ corā quo querimonia ponat nisi pa
pa: vt nunc dictum est: tamen passus iniu-
riam peccaret mouendo bellū si alter offer
ret satisfactionem. Cum autem comes hēt
aliquid contra subditum: non propter hoc
debet sibi ius dicere: sȝ vel auctoritate iudi
cis superioris gladium sumat: vel ad dioce

sanum vasalli recurrat: cui si vasallus obe-
dire recusauerit excōicabitur ratione pec-
cati: ex̄ de iudi. nouit. Et si per annū sic per
stiterit: diocesanus ipsum ⁊ res eius capiē-
das exponet: ar. xi. q. 3. rursus. ⁊ c. quisqȝ.
⁊ ex̄ de hereticis excōicamus ꝑmo. §. si v̄o
dñs. A. Hoc vltimū dictū fuit Hosti. vt
in sum. con. li. 2. ti. 5. q. 48. vbi etiā oia pre
dicta ponūtur. Et non solum subditos sed
⁊ reges pōt eps iudicare: ⁊ per ꝯñs eius au
ctoritate poterit ꝯ̄ eos bellū moueri: quia
ei subsūt: ex̄ de ma. ⁊ obe. oēs ⁊ ibi glo. B.

De damnis ⁊ vastationibus q̄ fiunt ī bel
lis quis ⁊ cui teneatur. Rñ. ſm Guil. ꝙ q
habet iustū bellū non tenetur de illis damꝰ
que ipse vel sui bona fide pugnando intule
runt: aut a quibus cōmode abstinere non
potuerunt. Si autē crassandi animo mali-
ciose intulisset cuȝ als posset sibi consulere
tenebitur ⁊ cōpensabuntur illa damna cuȝ
damnis propter q̄ bellum motū est: facta
diligenti computatione hincide. Suis v̄o
hominibus iste q iuste bellat non tenet de
damnis q̄ passi sunt ab aduersarijs: q: tales
subditi se ⁊ sua tenentur exponere pro dño
Et dico ꝙ dominus non tenetur nisi forte
ipse fuerit in culpa negligenter defendēdo
eos. Talis etiam iuste bellans tenetur om-
nibus illis quos vocauit de damnis si qua
receperunt nisi venerint illi ex debito vl' cā
humanitatis vel consanguinitatis. 23. q. 3.
non in ferenda. ⁊ alijs capitulis ibi. Qui ve
ro habet iniustum bellum tenetur primo
aduersarijs de omnibus damnis illatis.
Tenetur etiam suis proprijs hominib⁹ de
damnis que receperunt ab aduersario qui
iuste repugnabat: si ipsi proprij homines iu
uerunt ipsum bona fide: aut si inducti fue-
runt ex eius consilio timore vel coactione t
⁊ de se non erant facturi. Secus si mala fi-
de iuuerunt illum. In quo casu nullam ha
bent actionem cōtra eum: nā in re turpi nl'
la ꝯtrahit obligatio: Insti. mādati. §. illud
⁊. ff. mandati. si remunerandi. §. rei turpis.
⁊. l. si mandauero. §. qui eidem. A. In
rū esset: eo ꝙ ꝑiudiciū sibi faceret. s. de ha-
bendo impotentē vir. Itē cū rea sit ⁊ si nī
hil ꝓbauerit: absoluēda ē: vt. 6. q. vl. actor
Alioquin multi incurrerent periurium: vt
possent separari ab vxore. A Hoc verū nisi

forte maritus conuincat mulierē per aspe-
ctum corporis; vt dicit in sum. con. in. d. q
16. B Si autē mulier diuortiū petat ꝓpt
frigiditatē viri: ⁊ vir hoc fatetur fieri: vt. s. i
ꝓximo. §. ⁊ celebrabitur diuortiū. Sed si
vir postea cum alia contraxerit: ambo ꝯiu
ges rei periurij habebuntur: ⁊ pñia iniun-
cta ad priora ꝯnubia reuertentur: vt ex̄ de
fri. ⁊ male. laudabilem in fi. Quod si vir
negat se frigidū ⁊ asserit se cognouisse vxo
rē standū est verbo viri: qꝛ caput est mulie
ris: ex̄ de despō. impu. continebatur. ⁊. 33.
q. i. siquis acceperit. Nisi forte mulier ꝑ as
pectū corporis ꝓbet se ꝟginē: ex̄ de ꝓba.
proposuisti. Que proatio dꝫ caute fieri ꝑ
duas vel per plures matronas honestas ⁊
de hoc peritas: ex̄ de fri. ⁊ male. c. fi. ff. de
vē. inspi. l. i. qꝛ hec res occulta est: ⁊ qꝛ ma
nus ⁊ oculus obstetricū qñqꝫ in hoc fallit
27. q. i. nec aliqua. Sed si mulier non alle-
garet frigiditatem viri: sed potius diceret
eū sectū seu castratū fuisse siue defectū mē-
bri patientē anteqꝫ eā cognosceret: ⁊ sic di
uortiū peteret: vir vero hoc negaret: certe
nō dꝫ stare dcō viri eo qꝫ ꝓbari posset per
aspectum. A Predicta etiam notantur
in. d. q. 16. in sū. cō. li. 4. ti. 16. B

Quid si ꝑ virꝫ vel mulierē petatur diuor
tiū propter artitudinem mulieris. Rñdeo
Vocabūt matrone fidedigne atqꝫ perite ⁊
iurabunt qꝫ diligenter inquirent ⁊ referent
an sit arta ⁊ an possit fieri mater: ⁊ si dixe-
rit qꝫ nō sit arta nō ꝓcedet ad diuortiū: si
autem dixerit qꝫ sit arta: ⁊ qꝫ nō possit fieri
mater: incōtinēti pōt diuortiū fieri: ⁊ dabi
tur viro lnia ꝯhendi cū alia: sꝫ mulieri ꝯti
nentia indicet: vt ex̄ de fri. ⁊ male. frnitatis.
ꝑmo rñso. Si tñ post diuortium mulier in
ueniat qui possit hꝰi seras reserare: repara
bitur primū matrimonium: quod verꝫ fuit
ēt si vir acceperit aliā: ar. in. ꝑdcō. c. frater
nitatis. A Ibi videt cāus expressus quā
do prior vir erat similis illi qui aperuit.
Si aūt a ꝑori viro pp disparitatē ñ potat co
gnosci sine graui periculo non est ei reddē
da: sꝫ per ꝯsuetudinē secūdi reddita sit ap-
ta primo: vt notat glo. in. d. c. fraternitatis
sup ꝟbo sili. Cō. Sof. vt i sū. cō. li. 4. q. 5.
ti. 16. sꝫ ibi referant diuerse alie opiniones
dicētium mulierem debere restitui. ꝑmo q̄
pñt intelligi quando primus erat vel dubi
tatur vtrum sit similis 2°. Secꝰ si ꝯstet qꝫ
propter disparitatem persone a ꝑmo ñ poᵗ
terat cognosci: vt dcm̄ est. Et de hac mā dr̄
latius. j. ipedimenti. 15. B

Quid si petat diuortiū pp maleficium
vt qꝛ vir potest cognoscere alias: ⁊ nō vxo
rem. Rñdeo: Debēt ꝑmo cōfiteri ne forte
hoc ꝯtingat ꝓpter aliquod pcēm eoꝝ. 33. q
i. si per sortiarias. ⁊ sub recepto sacro iniun
gat eis vt sil' cohabitēt ⁊ bona fide operam
dent ad debitum carnale: ⁊ sic per trienniū
simul habitabūt. A nisi forte iam habita
uerit: tūc non vr̄ necessariū dari triennium
sed aliquis alius terminus arbitrarius ad
ꝯsitendū: ⁊ alia debita remedia adhibēda
d. c. si per sortiarias. ⁊ extra de fri. ⁊ male. c.
fi. B Quo pacto iterū accedent ad epm̄
iurantes qꝫ sicut ꝓmiserāt fecerunt ⁊ nō po
tuerunt coniungi: ⁊ tunc adiūcto sacro ꝓ
pinquoꝝ: vt dcm̄ ē §. 2. celebrabitur diuor
tium: ⁊ dabitur vtriqꝫ licentia contrahēdi
ex̄ de fri. ⁊ malefi. c. vl. ⁊ in dicto. c. si per sor
tiarias.

Sed qualiter intelligenda ē predca co
hitatio triēnij. Rñꝰ suffic qꝫ per maiorēꝫ ꝑteꝫ
āni cohabibēt: ⁊ qꝫ bona fide operā dent:
ar. ff. d aq̄ quoti. ⁊ esti. l. i. § duo. ⁊. §. quod
autem. Quod si infirmitate vel alio casu i-
pediatur vr̄ tempus restituendum. ff. d iti.
actuqꝫ pri. l. i. §. 2 ⁊ se. A Hoc fuit dictū
Hosti. vt pꝫ in sū. con. li. 4. ti. 16. q. 17. Tñ
in. c. fi. extra de fri. ⁊ male. dicit qꝫ debēt co
habitare per continuum triennium. Ubi
etiam dicit glo. silr̄ qꝫ per triennium dbēt
cohabitare qñ propter frigiditatē petit di-
uortiū. Sed hoc est verum si frigiditas pri
us probari non possit: vt expresse dicitur. c.
ti. c. laudabilem. B

Quid si alter coniugū no vult coha-
bitare. Rñdeo dicas excōicandū ꝑ quem
stabit ⁊ cautione idoneam exigendā vt co-
habitēt: ar. ex̄ vt lite nō ꝯtes. qm̄. §. vl. vl' di
stringatur per curiā secularē: ex̄ de iudi. cū
non ab hoie. Idē fiat si cohitent ⁊ non attē
tāt. A Idem in sum. con eo. ti. q. 18. fm
Hosti. ⁊ glo. Ray. B

Quid si ecclesia decepta ꝑ aliq̄s falsas
ꝓbatōes vl' hꝰi celebrat diuortiū ⁊ postea
vir factus est sacerdos: deinde compertum
est qꝫ ecclesia fuit decepta: nunquid iste sa-
cerdos restituetur vxori eum repetenti Rñ
deo scdm̄ Ray. Si non potest induci ad cō
tinentiā fiat: vt dr̄. j. matrimonium. 8. §. 14. q

incipit: quid si post latã. A .s. ꝙ restituer̃ q̃ etiã monachũ si restitueret̃ sibi: ⁊ tenebitur iste debitũ reddere vxori petenti: sed nõ debet exigere: q̃ quãtũ in se est solẽnizauit votum: vt ⁊ no. i sũ. cõ. li. 4. ti. 19. q. 4. B At si posito ꝑdcõ cãu mulier quidẽ ñ repetat vir: nũquid vir poterit vxorẽ repetere. R̃n deo ſm Guil. Non. quia vir per sacri ordinis susceptionẽ preiudicauit sibi. A Idẽ in sum. con. eo. ti. q. 5. B

Pone ꝙ mulier credens diuortiuz iuste celebratũ ingressa est monasterium: an cõperta veritate de iniusto diuortio posit virũ repetere iã in sacris ordinatũ vel fcm̃ monachũ. R̃ndeo ſm Guil. Nõ: quia falsa cã ñ impedit votũ monachatus: ar. ex̃ de voto magne. ⁊ de conuer. coniu. ex pte A Idem in sum. con. eo. ti. q. 6. B

Pone ꝙ duo fratres duxerunt duas sorores seu consanguineas: ⁊ inter alterum ⁊ vxorez fertur diuortij sententia propter cõsanguinitatem: queritur vtrum alter debeat propter hoc separi ab vxore sua. Respõdeo scdm̃ Ray. Non: quia res inter alios acta alijs non preiudicat: ex̃ de fide istru. inter dilectos. Sed quantum ad carnis copulam distinguo: q̃ si alter cõiugum sit esse impedimentum inter se ⁊ vxorem non exigat debitum neq̃ reddat. Si vero credat ex causa ꝓbabili: reddat sed nõ exigat. Si autem credat ex aliqua cã temeraria reddat ⁊ si põt dimittat erroneam conscientiã: ⁊ sic exigat: extra de senten. excõi. inquisitõi. A Con. predictis Tho. ⁊ Pe. vt in sũ. con. libro. 4. ti. 21. q. 2. B

Utrũ vir ⁊ vxor in cã diuortij iudicandi sint pariter. R̃ndeo ſʒ Tho. ⁊ Pe. Ad paria iudicãt: q̃ sicut lʒ viro dimittere vxorẽ ob cãm fornicatõis: ita lʒ vxori vir̃ dimittere. 32. q. i. si quis vxorẽ.

Post latã sñiam diuortij ⁊ sepato thoro propter adulteriũ vxoris si vir fornicet̃ nunquid mulier poterit virũ repetere. R̃ndeo ſʒ Ray. Iudex ex offõ suo debet vir̃ cogere redire ad vxorẽ suã: ar. ex̃ de iureiuran. tua nos. ⁊ ex̃ de diuor. ex l̃ris. Idem Tho. ⁊ vide hunc casũ. ĩ. matrimoniuz. 8. §. 15. qui incipit. Pone ꝙ lata. De materia diuortij multa h̃ri possunt ex impedimentis matrimonij: vide. ĩ. impedimentũ. Diuortio facto apud quem filius nutriri debeat: vide. ĩ. filius. §. 3.

Doctor̃ vel docere: vide infra magister: ⁊ supra discere.

Dolus Quid ẽ dolus aut lata culpa: ⁊ huiusmodi. R̃o ſʒ Hosti. Dolus est insidiosa machinatio: vt si cõmodatarius surripi fecit rem ꝯmodatam. ff. de dolo. l. i. Lata clpa ẽ ñ intelligere qd̃ oẽs itelligũt vel sciũt. vt si cõmodatarius dimisit rẽ ꝯmodatã in platea ⁊ fuerit ablata ⁊ ipse dicat ꝙ nõ credebat ꝙ acciperetur. Leuis culpa est desidia siue negligentia: vt insti. qui. mo. re ꝯ̃hitur ob. §. i. vt si ꝯmodatarius reposuit rem cõmodatam in camera sua: ⁊ recessit relicto ostio aperto. Leuissima culpa est q̃ aliquo modo potest prouideri. ff. ad l. aq. l. si putator. ⁊ 50. di. hi qui arborem vt si ꝯmodatarius rem quidem in archa reposuit sed ñ firmauit. A .s. cũ claue vt in loco d̃ quo statim. B Quod si fecisset fur non surripuisset. Casus fortuitus est qui nullatenus potest prouideri: sicut incendiũ: ruina: naufragium: rapina: vt. C. cõmo. l. i. A Idẽ in sũ. cõ. li. 2. ti. 6. q. 22. B

Dolus in aliquo contractu dupliciter interuenit. Nam qñq̃ dat cãm contractui: puta dolo te induxi vt venderes quod alś non eras venditurus: ⁊ tunc non tenet contractus. ff. de dolo. l. eleganter. 12. q. 2. q̃sq̃s episcopus in fi. Qñq̃ dolus incidit in ꝯ̃tractu: vt quia cras venditurus: sed per dolũ te induxi vt minori precio venderes: ⁊ tũc tenet quidem contractus sed satisfaciendũ est de dolo: vt. ff. de ac. emp. ⁊ ven. l. Julianus. Et nõ h̃ ꝙ emptor bone fidei non tenetur de dolo mediatoris sed ipse mediatõ vt in preal. l. eleganter. ⁊. ff. de ꝓxenetis. l. 2 ⁊. 3. nisi in subsidium: qñ. s. mediator deficeret vel nõ posset: vt i. d. l. eleganter. A Melius facit. l. fi. ff. d̃ eo ꝑ quẽ fac. erit. vbi dicitur ꝙ qñ dolosus ñ ẽ soluẽdo ñ ẽ equũ ꝙ quis lucretur ex dolo alieno cũ damno alterius. ⁊ oĩa predicta notãt ẽt i sũ. cõ. li. 2. ti. 8. q. 8. ſm Goff. ⁊ Hosti. vbi etiam ponitur quod statim sequitur. B Itẽ nõ ſm Guil. ꝙ in monachatu ⁊ matrimonio ẽtsi dolus det cãm ꝯ̃ctui nihilominꝰ tenet qui dolũ allegat dolũ ꝓbare debet: vt h̃ẽs ĩ. locatio. §. 6. in fi.

Domicilium Quãdo dicat qs trans-

ferre domicilliũ: ita ꝙ factus sit de iurisdi
tione alterius. Respondeo ſm Hostien.
Puto ꝙ ſm ius canonicũ ꝙcito ad aliã
parochiam transit ⁊ hospitium constituit
explicando sarcinulas suas: ⁊ se in ipso re
cipit animo remanendi statim fit parochi
anus illius: ex̃ de parochijs. c. vl. ⁊ ex̃. de
decimis. ad apostolice. A Idez in sum.
con. li. i. ti. 16. q. 13. B

D ominica dies Dic̃ do
minicũ
cõstat inter sũmas ⁊ ꝑcipuas festi
uitates ꝑtineri: Exo. 20. Memento vt di
em sabbati sanctifices. dñicã. n. colẽ debe
mus propter honorẽ ⁊ gaudiũ resurrecti
onis dñice: de conse. di. 3. c. sabbato. Nul
la operatio in illa sancta die agat: nisi tñ
hymnis ⁊ psalmis ⁊ cãticis spũalibus dies
illa transigatur: de cõse. dis. 3. ieiunia. Itẽ
tanta est excellẽtia hꝰ diei ꝙ in nullo alio
die põt eps consecrari: di. 75. ꝙ die dñico
vbi ẽt subditur: ꝙ quicquid insigne a deo
est ꝯstitutũ in terris: in huius diei dignita
te gestum est. In hac mũdus sumpsit exor
diũ: in hac per resurrectionem ⁊ mors in
teritum ⁊ vita accepit principiũ. A hec
fuerunt dicta Ray. vt pꝫ in sum. con. li. i. ti
tu. 12. q. 3. B

Utrũ obseruatio diei dñice succedat lo
co diei sabbati. ℞ndeo ſm Tho. scđa scđe
q. 122. Non succedit ex vi precepti: sꝫ ex cõ
stitutione ecclesie: ⁊ de ꝯsẽe populi chri
stiani. Iõ nõ est ita arta prohibitio operã
di in die dñico: sicut fuit in die sabbati: sed
quedã opera cõceduntur que die sabbati
prohibebãtur: sicut decoctio ciboꝝ ⁊ alia
hꝰi: de cõse. di. 3. peruenit in fi. Et in qbus
dã operibus ꝓhibitis facilius dispẽsat in
noua ꝙ̃ in veteri lege. Quin ẽt scđm Ho
sti. in sabbatis maxime operari dẽbemꝰ ne
videamur iudaiçare. A Idẽ in sum. cõ.
li. i. ti. 12. q. 6. Videt ergo ꝙ dominica nec
aliquod festũ hodie sit ex precepto diuo: ⁊
sic vacat tertiũ preceptũ decalogi: Memẽ
to ⁊c̃. Sed potius dicẽdũ est ꝙ non vacat
Nam licet eẽt quo ad specialẽ diẽ, sabba
ti ceremoniale: est tñ morale ꝙ̃tuꝫ ad hoc
ꝙ aliquis dies hebdomode deputetur ad
diuinũ cultũ ſm Nicolaũ đ lyra super. 20
c. Exo. ⁊ alios theologos. Unde ⁊ ꝯueniẽs
valde fuit: vt sicut ante xp̃i aduentũ cuꝫ va
cabat gratia deputatus fuerat ad festãduꝫ
dies vacationis quando deus cessauit o
perari: ita ⁊ post aduentũ xp̃i ⁊ in tpe quo
dñs operatus est salutem nostrã deputare
tur dies magnifice operationis. Et lꝫ scrip
tura nõ declarauerit exp̃sse qs sit dies: tñ
satis declarauit tacite ⁊ sufficienter đmon
strando magnalia opera que fecit dñica
die. In illa. n. ichoauit mũdũ: Geñ. ꝑmo
Xp̃s resurrexit a mortuis. de cõse. di. 3. sab
bato. In eo spũs scũs datus est aplis: ⁊ bre
uiter qcqd insigne est ꝯstitutũ a deo: in hꝰ
diei dignitate est gestũ. 75. di. c. ꝙ die dñi
co. Itaqꝫ ecclesia non statuit hũc diẽ vt ex
se sed potius ex auctoritate diuine scriptu
re: ita ꝙ ꝯuenienter a deo dr̃ statutꝰ. Iõ ẽt
ecclesia in. c. lꝫ: ex̃ de ferijs. dicit ꝙ ẽt scrip
tura noui testi precipit diem septimũ. Cla
ret autem: qꝛ hoc non potest intelligi đ sab
bato: de cõse. di. 3. peruenit. ergo intelligi
tur de dñico. d. c. ꝙ die dñico. et ita dies
dñicus qui hodie subrogatus ẽ loco sab
bati ꝑcipitur ex lege diua. Qui aũt dicẽ vi
dent ꝙ ñ sit ex lege diua pñt itelligi quo ad
expressã declarationẽ: qꝛ nõ precepit exp̃s
se: sed tacite ⁊ sufficient: vt ꝑostensũ ẽ. Et si
dñica diua lege precipit: multo magis festi
uitates maiores dñica quas enumerat gl.
in. d. c. lꝫ. de ferijs. vꝫ natiuitatem dñi: epi
phaniam: pascha resurrectionis: ascensio
nẽ dñi: ⁊ pentecosten. Potest addi ⁊ dies
veneris sãcta: vꝫ dies proprius passionis:
qꝛ multo plus ꝓfuit ꝓ nobis mori ꝙ̃ nasci
⁊ maius opus nõ reperitur deus fecisse ꝙ̃
qđ illa die fecit tantam in semetipso ꝓ no
bis recipiendo passionem. Et qꝛ etiam su
per opere illius diei fũdatur salus totiꝰ mũ
di sine qua oẽs alie festiuitates frustratõie
forent. Item quod dictuꝫ est non eẽ hodie
ita artã obseruantiã dñice sicut oliꝫ sabba
ti dꝫ intelligi verũ quo ad ceremonialia: si
cut erat non ambulare vltra vnũ miliare i
sabbato: act. i. vel quid sile: que in seꝯtine
bãt potius figurã futuroꝝ ꝙ̃ aliud. Quo
vero ad moralia: vꝫ vt itendatur diuis ob
sequijs ⁊ ad dei honorem ⁊ nostrã saluteꝫ
ꝑtinentibus artius nunc obligamur ꝙ̃ oli
ex veteri testõ: cum nouũ testamentuꝫ ma
iorẽ requirat iusticiam: Matth. 5. ibi: Ni
abundauerit iusticia vestra ⁊c̃. Añ Augu.
in quodam sermone dicit: Super hec oĩa
ꝓtestamur: vt omnes dies dñicos ad eccle
siam veniatis: vt diligentius scripture que

ibi legunt audiatis ⁊ ipso die sancto pausa
tionē hēat. Si. n. infelices iudei in tanta de
uotione celebrant sabbatum: vt in eo nulla
opera terrena exerceant: q̄to magis xpiani i
die dñico soli deo vacare vel deprecari ꝑ
anime salute debent ⁊ ad ecclesiā peruenī
re. B De materia dominice ⁊ aliaꝝ feri
arum. i. festorū vide. s. ferie.

Dominus tempora

lis aliquorum. De questis ⁊ talli
is quas dñi temporales a subditis exigūt:
vide infra tallia.

An in aliquibus casibus possūt dñs a sb
ditis exigere vltra consuetum vel cōe statu
tū. R̄ndeo ſm Ray. ⁊ Hosti. pōt. Ep̄o qui
dē ꝑ defēsione terre sue. Ad hoc. n. tenētur
oēs nō solū de rebꝰ: sed ēt laborare corpo
ralr: vt sic seipos saluēt. 23. q. 3. fortitudo. ex̄
de imu. eccle. peruenit. Itē si vult dñs ire i
exercitū indictū ab ecclesia vel principe ꝯ
hereticos vel paganos: nec sufficit ad expē
pensas: potest a subditis petere moderatū
auxiliuз. Itē si in bello ex parte sua iusto
fuit captus ab hostibꝰ: nec sufficit se redi
mere absq̧ graui dāno. Itē si vlt ire ad p̄n
cipē ꝑ obtinēdo priuilegio ꝓtectionis spā
lis ꝑ se ⁊ subditis: ⁊ nō pōt commode ex
pensas ad hoc necessarias facere: ⁊ si aliq̄ a
lia silis cā emergat: puta qñ maritat filiam
Nā acqrit sibi affines ⁊ amicos: aut qñ fac̄
filiū militē: aut accipit quod erat feudū suū
vl nouū feudū acquirit A Hec exempla
fuerūt glo. Ray. addentis q cū alia videāt
respicere cōmodum subditorum nō credo
q dānandi sint qui talia recipiunt: vbi ꝯsti
tutum vel consuetum est: dū tñ nō recipiāt
vltra q̄ȝ constitutum vel consuetum est. Et
si aliquod consuetum est: ⁊ ad arbitriū exi
gi consueuit cum moderamie exigat. Cō.
et tā cum Ray. q̄ȝ cum glo. in predictis cau
sis Al. con. etiam Tho. in genere ⁊ Hosti.
addēns qđ statim sequitur de refectiōe vi
arum ⁊ pontiū ⁊ depauperatione ex iusta
cā subdens: secꝰ si egeret dñs ex cā iniusta: vt
in sū. cō. li. 2. ti. 5. q. 35. B Vel ad refectio
nem pōtiū ⁊ viarū: vl qñ sine culpa depau
peratus est vel obligatus: dū tñ sēp mode
rate ⁊ nō ad grauamē exigat. 10. q. 3. vnio
circa mediū. ex̄ de cē. cum apl̄s. §. prohibe
mus. 22. q. 5. de forma fidelitatis. Quod si
aliquid prelati impendant legato vl alijs ma
ioribus deinde plus ꝓpter hoc a subditis
magis extorqueant q̄ȝ ipendāt: tenet̄ extor
ta restituere ⁊ tātūdē pauperibus erogare.
Superior ēt cui fuerit de hoc querela de
posita si in hoc negligēs fuerit canonice sub
iaceat vltioni: ex̄ de imu. ec. qꝛ plerique. Qñ
do dñs sine iusta cā extorquet a subditis te
netur ad restōem ſm Ray. vnde si velit: lu
dere vel vltra vires suas ad vanitatē expē
dere: vel si in bello qđ ex parte sua iniustuз
erat cogat̄ se redimē: tūc siqd per eū vl eius
officiales a subditis exactū est ⁊ ad domi
nos ipsos peruenit tenet̄ restituere illis a q
bus exactū est si sciūt: al's in pias cās vel in
vtilitatem cōem. Si aūt ad eos non perue
nit: nihilominus debent officiales suos ad
restōnem ꝯpellere ⁊ eos punire. Cō. Tho.
in epl'a q̄daз ad ducissā Lotringie ⁊ Bra
bantie. A Idem in sū. cō. e. ti. q. 36.

Quid si subditi habent vsuarium in ali
quo nemore ⁊ dñs aufert eis: nunquid te
netur ad restitutionem: aut si alius abstulit
eis aliquid: nūquid sufficit si satisfaciat do
mino illoꝝ. R̄ndeo ſm Guil. Tales subdi
ti si ita sunt serui q nihil habeant propriū
sed peculiū siquod habent est in potestate
dñi vt reuocetur qñ voluerit ⁊ ipm vsuari
um habent pro peculio dñs potest reuoca
re. Item etiam de dānis eis illatis ab alio
sufficit satisfieri dño. Si autem tales subdi
di sunt q nihilominus habent res suas ꝓ
prias: tunc nec dominus potest eis aufer
re vsuarium: nec de dānis eis illatis pōt do
mino satisfieri. A Etiam si essent tales sb
diti q eoꝝ dominus posset de cōsuetudine
q̄tū ⁊ qñ vult de bonis eoꝝ capere: qꝛ i ta
libus restituēda est hꝰ abusio ⁊ extorsio
potius q̄ȝ laxanda ſm eundem guil. vt in
sū. con. li. 2. ti. 5. q. 42. B De tallijs ⁊ ga
bellis ⁊ pedagijs quas ⁊ que dñi siue com
munitates qñq̧ exigunt: vide. s. pedagiuз
⁊ infra tallia.

Donatio primo

iter vi
uos qd
sit. R̄ndeo ſm hosti. Est licite rei nl
lo iure cogente mera liberalitate facta col
latio. A Idem in sū. con. li. 1. ti. 5. q. 72.
B Quis pōt doāre. R̄ndeo ſȝ Host. Do
nare potest paterfamilias ⁊ dñs rei. Nō er
go seruus: non filiusfamilias. ff. eo. l. filius
Item non minor. 25. annis. C. si maior fac.
ra. ha. l. vl. Et multo minus pupillus q a

lienare nihil potest sine tutoris auctoritate
ff. de acq. re. do. l. pupillus. item nec mona
chus vel conuersus 54. di. abbati. De cle-
ricis an possint donare hr̃ infra. §. pe. Item
non potest donare q non est cópos mentis
vt furiosus nec prodigus. ff. de cura. fu. l.
Julianus. Sed nec is cui alienatio per le-
gem interdicta est: vt qr ɔmisit crimé lese
maiestatis. C. ad. l. iul. ma. l. vlti. vel hẽtic⁹
est. C. de hereti. l. manicheos. A Ibi so-
lum dr̃ de quibusdã hereticis: sed eo. ti. l. ga
zaros dr̃ de oib⁹. Nó tñ fit executio huius
snie: nisi fuerint per ecclesiasticos iudices hẽ
tici iudicialr p̃nũciati: vt i. c. cũ scdʒ de hẽ
ticis. li. 6. B Ité nec ɔdénatus ď publi
co crimine lʒ ante sniam donare posset. ff.
eo. l. post ɔ̃ctum. ⁊. l. donationes. §. vl. A
idem in sum con. li. i. ti. 15. q. 73. Pót etiaʒ
filiusfamilias aliquãdo donare: vt in. d. l.
filius. ff. de dona. vbi dr̃: Filiusfamilias do
nare non potest: nec si liberá peculij admi
strationem habeat: nisi iusta róne motus
donet: vl' nisi expresse ei sit concessũʒ dona
re: vel nisi ex persona hoc colligat: vt si é fi
lius senatoris vel alicuius alterius dignita
tis. Tunc. n. nisi filio spálr donandi facul-
tas adimat ɔcessisse vr̃ dum ei liberam dat
peculij administrationem. Potest etiã do
nare de castrensi vel quasi castrensi peculio
inter viuos ⁊ mortis cã: cũ de eo etiã testa
menti factionem habeat. Et exceptis his ca
sibus filiusfa. non pót donare. Et sicui per
missum est donare nisi spálr ẽt mortis cã fu
erit donare permissum: non potest mortis
cã donare: hec ibi. B

Cui possit donari. R̃ndeo ſm Hosti. cui
libet: nisi per legé prohibeat: siue sit preséс
siue sit absés: notus vel ignotus. item patri
fa. ⁊ filiofa. dico extneo. Naʒ filiofa. suo ꝙ̃
diu é in ptãte pr̃is non valet fcã donatio: sʒ
ɔualescit per emancipationé. C. e. l. sine. A
Hoc verũ é nisi fuerit reuocata: vt in. d. l. si-
ne. B vide infra. §. antepe. item nec inter
viꝝ ⁊ vxoré valet: vide. ĩ. §. 6. 7. ⁊. 8. Item
nec miles pót donare meretrici. C. ď dona.
inter viꝝ ⁊ vxoré. l. si. ancillã. A Idem in
sum. con. li. i. ti. 15. q. 73. B immo etiaʒ q
libet prohibetur donare meretrici. 86. di.
qui venatoribus. Si tamen donaui repe-
tere non possum: vt ibi notatur. A qr in
pari cã turpitudinis potior est cõditio pos
sidentis. ff. de ɔdi. ob tur. cau. l. si ob turpẽ
§. porro. fallit in milite qui potest reuocare
donationem quã fecit focarie. Et si talis p-
hibitio donandi est erga milites terrenos
fortius erga clericos ſm Hosti. vt in. d. q.
73. B De dando siue donando adula-
toribus vide. s̃. adulatio. §. fi. De dãdo hi
strionibus: vide. ĩ. histrio. A Aduertédũ
ẽt ꝙ non pót donari iudicib⁹ siue rectori-
bus quibus certũ salarium constitutum é
Al' punitur dans ⁊ recipiens: vt. l. fi. C. ad
l. iul. repe. nisi esculentũ vel poculentum
mera liberalitate oblatũ. quod paucis die
bus consumi possit: ex̃ de rescrip. c. statutũ
§. insuper. li. 6. B

Donatio multis de causis reuocari pót
p̃cipue modis illis quibus libertus fit ser-
uus: vide. ĩ. libertus. §. 2.

Utrum donatio facta sub conditione sit
idé quod facta sub modo. R̃ndeo nó. Naʒ
illa que fit sub conditione: puta si tale quid
fiat vel sit: non tenet nisi existente conditõ
ne: sʒ illa que fit sub modo: puto vt tale qd
fiat statim tenet: sed non extante illo potest
reuocari. C. de dona. sub modo. l. i. ⁊. 2. A
In his legibus dicitur solum de dona. sub
modo. Sed eo. ti. l. fi. dicitur de donatiõe
sub conditione. B Et idem dicendũ é ď
venditionibus ⁊ h⁹i ɔ̃ctibus. ⁊ vide ď hoc
infra matrimonium. 5. ⁊. 6.

An coniuges sibi inuicem donare possint
Respondeo ꝙ non. Nec valet donatio qn
potius prohibita est tam iure canonico ꝙ̃
ciuili: extra eo. donatio. ⁊. ff. eo. l. i. nisi i cer
tis casibus quos habes in se. §. Huius au
tem prohibitionis sunt. 4. cause. Prima
est ne propter amorem alt ɔiugum non ob
temperando donationibus faciliter spolia
retur. ff. eo. l. i. A Hoc autem preceptuʒ
est ne mutuo amore inuicem se spoliarent
donationib⁹ non obtemperantes: sed pro
fusa erga se facultate agentes. B Scđa
ne melior in paupertatem incideret: ⁊ dete
rior ditior fieret. ff. eo. l. 3. Tertia ne forte
coniuges intenti ad acquirendum sibi per
donationes non essent studiosi liberos hñ
di vel educãdi. ff. eo. l. 2. Quarta ne amor
honestus ⁊ debiti exhibitio q̃ debét éé int
coniuges precio ɔciliari viderẽt. ff. e. l. 3. ⁊
sic inter eos donatio ñ valʒ ẽt si fiat p inter
positã personã. ff. e. l. si sponsus. §. gnãliter
A Hic. §. nó vr̃ haberi in hac. l. sʒ h⁰ dcm̃
probat bene ea. l. in p̃ncipio. B Nec va

let inter eos remissio alicuius debiti aut assignatio cuiuscūq; debitoris: qr hec oīa donatōes sūt. A. Hec probantur i dicta l. si sponsus. vbi ēt hētur in principio q donatio inter sponsum et sponsam valet: ⁊ nō ēt in sū. con. li. pmo ti. 15. q. 76. B.

Sunt tn̄ casus quibus donatio inter cōiuges valet. Et pmo qdē si is qui donauit pmansit in eandez volūtatē vsq; ad mortē: nā hᵒi donatio morte donatoris ꝯualescit: ex̄ eo. donatio. Itē valet donatio si alt n̄ fit inde paupior: lz alt fiat ditior vt si maritus heres ab aliquo institutus non adeat vt vxori substitute locū faciat. Itē codē mō valet si alter non fiat ditior: lz alter fiat inde pauperior: vt si vir dōauit vxori ad emendum vnguenta ⁊ hᵒi: vt in. d. c. donatio. ⁊. ff. eo. cū hic status A Meliᵒ videt facere eo. ti. l. si sponsus. §. pe. ⁊. §. fi. ⁊. l. se. B Sed et donatio inter sponsū ⁊ sponsā valet: vt in. d. l. cum hic status.

Quibus modis donatio fcā inter viꝝ ⁊ vxorē reuocat. Rndeo pmo quidē reuocat expresse per pniam. ff. e. cū hic status. §. pᵒ A Et ibi pz q dz attendi suprema siue vltima voluntas qn̄ pluries mutant intentionē. B Itē reuocatur si res douata per donatorem alienetur. C. e. l. si maritus. A Ibi hoc non probatur: sed in. d. l. cū h status. §. si maritus. Vbi pz q non solum aliēando videtur tacite reuocare donatōez sed ēt pignori obligando nisi expresse aliud ostendatur. B Itē si premoriatur ille qui donationem accepit: ex̄ eo. donatio Item si diuortiū fiat: vt i. d. l. cū h statᵒ. §. diuortium A Et ibi pz q hoc veꝝ ē qn̄ diuortiū fit ex displicentia: secᵒ si fieret cū bona gratia: vt si fieret cā religionis. Itez secus si post diuortiū matrimoniuz restaurat vt ibi. B Item cum socer nuncium diuortij mittit nurui cui donauerat: vt in ea. l. cuz hic status. §. si socer. A Omnia q̄ habent in hoc. §. fuerūt. dcā. Goff. vt pz i sū. con. li. i. ti. 15. q. 77. Et predicta nō solū obtinēt inter virū ⁊ vxorē: sz ēt inter soceꝝ ⁊ geneꝝ seu nurū: ⁊ inter consoceros q copulatos in matrimonio in potestate hēnt d. l. cū hic status. §. oīo. B

Pater ⁊ filius qui est in eius ptāte sibi donare nō pōt: eo q pater ⁊ filius q̄si vna sunt persona. C. de impu. ⁊ alijs substituti. l. vl. fallit tn̄ in dote ⁊ donatione pp nuptias quā pr̄ filio ⁊ filie donare pōt. Itez fallit cū filiofa. eūti in castra: pr̄ donat mobilia. Itē valet si dr̄ remittat filio vsufructuz quē habet in rebus illius aduenticijs. Itē valet si fiat ob alimenta: h Hosti. A Id in sū. con. e. ti. q. 78. vbi ēt dr̄ fm eūdez q qcqd dr̄ de donationibus inter viꝝ ⁊ vxorem phibitis: idē pene intelligas de dōationibus inter patres ⁊ filios. B

Utrū sacerdotes parochiales ⁊ alij clerici siue prelati possint donare. Rndeo quantū ē de pr̄imonialibᵒ siue de suis proprijs aut que per aliquā hereditatem vl alioꝝ intuitu persone acqsierint: donare pn̄t: ex̄ de suc. ab intes. c. i. Sed ⁊ de fructibus beneficiorum suoruz donare possunt quedam modica fm eorum statum: sed tn̄ tenentur ⁊ debēt donare pauperibus personis ⁊ honestis: qr quodāmō bona clericoꝝ sūt pauperꝝ. At personis inhonestis donare n̄ licet vt s̄. 3. §. dictū ē. Et ad istā mā̄z facit. s̄. clericus. 4. §. 5. A Et fz ea que ibi ⁊ h dicūt vident intelligenda que notantur in sū. cōfes. li. i. ti. 15. q. 79. lz ibi videāt dcā latiora poni fm Hosti. Ibi ēt dr̄ fm Goff. q i donatione rei modice nō requirit consensus vel consilium clericoꝝ. Et ad hoc facit ex̄ eo. ceteꝝ. Itē q eps ad ꝯstruēdū monasteriū pōt ꝯferre quinquagesimā bonoꝝ sue ecclesie: ad edificationem xo alterius ecclesie solum centesimā. 12. q. 2. bone rei. nec requirit nouᵒ ꝯsensus: cū sel a iure ꝯcessū sit. Et si plures donatōes fecit q̄ excedant quinquagesimā vel centesimā licz diuersa circa hoc dicta sint a diuersis: melius videtur vt excedens reuocet: ⁊ non oēs fm eundem Gof. Itē dicta qnquagesima vel cētesima non dz dari qn̄ eēt graue dānū ecclie: ex̄ eo. ad apostolice. Item etiam ⁊ in reruz donatōe dz attēdi rōnabilis ꝯsuetudo loci ex̄ eo. ceteꝝ. B

Utꝝ prelati ecclesiaꝝ donare possint. Rn. dicendum q possunt q̄dā modica. 12. q. 2. terrulas. considerata tn̄ rei donate quātitate ⁊ loci consuetudine: extra de dona. ceteꝝ De hac materia vide. s̄. clericus. 4. §. 2. ⁊. 5 Quantum ecclesijs donari possit vide ifra ecclesia, pmo. §. 6.

Donatio secundo .s. cā mortis. Donatio cā morꝭ ē cū qs

magis vult se hr̄e q̄ eū cui donat: magis q̄
eū cui donat q̄ heredē suū: vt. ff. de dona.
cā mor. l. i. ꝛ insti. de dona. §. 2.
In quo differt donatio cā mortis a lega-
to. Rndeo dōatio cā mortis ad instar lega
toꝝ redacta ē: vt idem iuris sit in vtroq̄: vt i
sti. de dona. §. 2. Differūt tñ in quibusdam
primo q: legatū sēper traditur ab herede:
sȝ donatio cā mortis qñq̄ ab herede qñq̄
a testatore. Itē si qs accusat testamētum vt
falsū amittit legatū: sed non donationē cā
mortis. Alr̄ si ex aliqua cā rescindat testa-
mentū ꝛ donatio cā mortis. ff. eo. l. si aliqs
ꝛ. l. si debitor. A Idem in sum. con. li. p°
ti. 15. q. 50. ꝓm glo. Ray. q ēt dicit q̄ alie sūt
dr̄e que solēt notari. C. de dona. cā mor. in
sum. ꝛ in littera. B
Reuocatur donatio cā mortis si donantē
peniteat: vel si liberatus est de periculo i quo
erat vel si deficiat conditio sub qua dona-
tio facta fuit. ff. si cer. pe. l. non ois. Item si
donatarius prius ꝺcedat q̄ donator. ff. e.
si filio. ꝛ. l. se. ꝛ fi. A Idem in sum. cō. eo.
ti. q. 75. ꝓm Hosti. q etiā addit q̄ idē ē ꝛ si
non adimpleat cā sub qua donatio facta ē:
ꝛ q̄ predicta vera sunt nisi sic datum fuerit
vt statim transeat dominium nec reuocari
possit: q: talis donatio inter viuos facta cē
sctur. Et ex quo facta est nec conditionē nec
modū nec pniam sine causa admittit: ex cā
tñ reuocari pōt: vt ꝓpter superuenientem
filiorum natiuitatem. 17. q. vi. quecūq̄. B

Donatio tertio .s. ꝓpter nuptias

Donatio propter nuptias ē qd̄ spō
sus sponse donat qñ ab ea dotē accipit: ex̄
de dona. inter virū ꝛ vxo. c. nuper. A Et
ibi pȝ q̄ idē est etiā si sponsus donat quan-
do non accipit dotē: q: siue accipiat dotē
siue non: illud qd̄ donat sic vocat: vnde ꝛ i
dcō. c. nuper. in fi. dr̄: Illud te nolumus
ignorare q̄ vxor dr̄ dare dotē viro: vir aūt
vxori donationē facere ꝓpter nuptias. B
Huiusmodi aūt donationis ꝓprium est q̄ si
paciscat maritus de dote vel parte dotis lu-
cranda vxore p̄mortua: talem partem dȝ
lucrari mulier de donatione ꝓpter nuptias
premortuo viro: ex̄ de dona. inter viꝛ ꝛ vx.
dōatio. §. sane. ꝛ C. de pac. cōuē. l. ex morte
A vbi ēt pȝ q̄ ēt si diuerse sint quātitates
maioris vel minoris dotis ꝛ donationis ꝓ
pter nuptias: quia etiam tunc equalitas de
necessitate requirit in quota ꝛ non in quāti
tate: ꝛ q̄ si pactio ꝯtria fcā fuerit: non valet
Et subdit: Eadem custodiri censemus siue
pater ꝓ filio siue mater siue ipse ducturus
vxorem sui iuris constitutus siue quilibet a
lius pro eo ante nuptias donationem nup
ture dederit. Sili quoq̄ modo pr̄ ꝓ filia si
ue mater siue ipsa pro se sui iuris constitu-
ta siue quilibet alius pro ea vxorem ducturo
ro dotē dederit seu promiserit: quoniam ꝛ
alio pro ea offerente dotem ipsa eam per se
videt offerre. Qd̄ adeo veꝝ ē vt ꝛ ipsa ab a-
lio pro se oblatā dotē in lucrū suū reposcat
nisi forte is q eam obtulit statim. i. ipe obli
gatōis seu ꝓmissionis stipulatus vel pactꝰ
sit vt sibi dos p̄dcā reddatur: hec ibi. Ho-
die aūt debet equalitas cē non solū in quo
ta sed etiā in quantitate: vt in auc. ꝺ equali.
do. §. i. coll. 7. Item in. d. c. donatō dr̄: Sa
ne soluto matrimonio sicut dos ad mulie
rem: ita donatio propter nuptias redit ad
viꝝ: nisi de consuetudine secus obtineat. B
Donatio propter nuptias alienari non po
test: vt. ī. dos. §. 3.

Dos

Dos est que datur viro a muliere ꝓ onere quod de matrimo
nio sustinet: vnde tam diu durat q̄
diu ꝛ matrimonium: sed eo soluto soluit
q: sine eo cē non pōt. ff. de iure dotiū. l. 3. et
est dos quasi ꝓprium matrimonium mulieris
ff. de mino. l. deniq̄. §. sed verū in fi. Sȝ q̄
diu stat in matrimonio dñiū dotaliū est pe
nes virū: vñ ꝛ ꝯ volūtatē viri nō pōt ide ēt
elemosynā facere: vt ifra elemosyna. 2. §. 3.
Quot sūt spēs dotis. Respōdeo due. nā
alia ꝓfecticia: alia aduenticia. Profecticia
dos ē q̄ a pr̄e ꝓ filia vel ab auo ꝓ nepte: vl̄
ab alio nomine eorū seu de bonis eoꝝ dat
ff. de iure do. ꝓfecticia. Aduenticia vo est
quā ipsa mulier dat pro se vel alius a pr̄e
vel auo: siue sit frater: siue sit alius quiuis
Itē dos alia estimata: alia inestimata. Si
estimata dat: tam lucꝝ q̄ dānū pertinet ad
maritū sicut ad rei emptorē. A Estimatō
n. inducit emptionē: vt in. l. pleruq̄ de q̄ in
fra. B Si vero inestiata: damnū ꝛ lucrū
pertinet ad mulierē. ff. de iure do. pleruq̄
Fructus tñ pertinent ad maritū propt one
ra mr̄imōij. Vñ fetꝰ dotaliū pecoꝝ ad mari
tū pertinēt: q: in fructibus cōputāt: sic tñ vt
suppleat demortua capita ex iam natis fet
bus: vt in dicta. l. plerūq̄. A Idē i sum.

con.li.4.ti.25.q.2. B
Pactū patri factum a filia dum nuptui
traderetur ꝙ dote contenta nullum ad bo
na paterna regressū hēret: improbat lex ciui
lis: si tñ iuramento non vi nec dolo ꝓsti
to firmatū fuerit: seruari dꝫ: ex̄ de pac. c. ꝗ
uis li. 6.

Dos ⁊ donatio propter nuptias allēa
ri non pōt ēt consentiente vxore. ff. d e fun.
do. l. lex iulia. A Ibi nil aliud dī nisi ꝙ
alienatio prohibita marito prohibet ⁊ spō
so: sed hoc bñ dicitur in. c cum contingat i
fra allegato. B Nec valet alienatio nisi
vxor iurauerit non contrauenire: ex̄ de iu
reiurando. c. cum contingat. ⁊ de iureiurā
do. c. lꝫ. li. 6. A Hoc est verum quādo si
ne vi vel dolo sponte ꝓstitum fuerit iura
mentum: vt in dictis. c. B

In quibus casibus maritus lucratur do
tem. ꝶndeo lucratur ex pacto: vt si paciscā
tur de tota dote vel eius parte post vxoris
mortem lucranda: vt. C. de pac. conuē. l. ex
morte in ꝓin. ⁊ in auc̄. ibi posita. Item lu
cratur ex lege: vt si ꝓpter adulterium mulie
ris fiat diuortiū mulier dotem amittit: ex
de dona. inter vir̄ ⁊ vxo. plerūqꝫ. A Ubi
etiā pꝫ ꝙ idem ē qñ ꝓpter fornicationem
ipsa per se sine alio iudicio recesserit. Et ꝙ
his casibus amissio habet locum nisi po
stea reconciliata fuerit viro. In. d. ēt. c. ple
runqꝫ. pꝫ ꝙ idē quod in dotē est etiaꝫ i do
talicio: quod ꝭm gl. ibi est illud ꝙ mulier
lucraretur ex pacto de donatione propter
nuptias: vel pro dotalicio intelliguntur pa
fernales. B Item mortua vxore intestata
⁊ deficientibus liberis ⁊ ꝓpinquis vir suc
cedit vxori ⁊ lucratur dotem ⁊ econuerso:
vt. C. vnde vir ⁊ vxor. l. i. In alijs autem ca
sibus dos ad mulierem: ⁊ donatio propter
nuptias redit ad virum: nisi secus obtineat
de consuetudine approbata: extra de dōa.
inter virū ⁊ vxo. c. donatio. §. sane. A hec
omnia notantur in sum. con. lib. 4. tit. 25.
q. 5 ꝭm Ray. ⁊ glo. eius que etiaꝫ exprimit
ꝭm ius ciuile multas alias cās ex quibus
maritus potest impune repudiare vxorem
⁊ dotem lucrari: vt in auc̄. vt liceat ma. ⁊ a
uie. §. qꝛ vero coll. 8. ⁊ subdit: Nota tñ ꝙ
qcqd dicat lex ista vir ñ pōt dimittere vxo
rem nisi propter fornicationē B

Pone ꝙ propter adulterium vxoris fa
cta separatione thori mulier dotem amisit
nunc āt probata consanguinitate sepantur
oio: nunquid poterit mulier dotem repe
tere. Respondeo non. Nā licet mō appa
reat ꝙ nō fuerit matrimoniū: mulier nihil
ominus punienda est: ꝓpter intentionē cū
opere subsecuto: ex̄ de biga. nup. c. vlti. ⁊
etiā vt per hoc ceteris delinquendi mā au
feratur: ⁊ ne excogitetur falsa ꝓbatio ꝯ ma
trimoniū: hec Hostien. Lau. Goff. Ber. ⁊
Io. A Idē in su. cō. e. ti. q. 6. lꝫ vt ibi pꝫ
Tancre. dixerit ꝯtrarium. B

Cui restituēda sit dos. Respōdeo: si dos
fuerit a patre ꝓfecta: tunc si in matrimonio
filia premoriat: dꝫ dos reddi patri. C. solu.
ma. l. dos a patre. A Hoc verū ē qñ filia
erat tp̄e mortis sub potestate patris: secus
si erat emancipata: vt no. ibi glo. B nisi
si mulier reliquerit liberos: qꝛ tūc lꝫ de iure
deberet pr̄i: tñ de ꝯsuetudie remanet penes
liberos: ut no. in dicta. l. dos. A .s. in gl.
Quidam etiam intelligūt hoc esse de iure
ar. l. post dotem. ff. solu. ma. Alij contradi
cunt. Sed prima opinio preualet: vt no. i
sum. cō. eo. ti. q. 7. vbi etiā notāt oia que in
hoc. §. hñt. B Si ꝯo vir premoriat: tūc
talis dos patri ⁊ filie reddēda ē. A veruꝫ
ē qñ filia est in ptāte patris: alr̄ vꝫ dāda so
lū filie: vt vꝫ colligi ex. l. 2. ꝭ. allegata: ⁊ ex
glo. in dicta. l. dos. nisi pater fuerit ip̄e dōa
tionis stipulatus eā sibi reddi: vt dꝫ. ꝭ. Qñ
ꝯo filia ē sub ptāte: tunc fit quod dictum ē
ꝭ. ⁊ quod sequitur. B. Ita tamē ꝙ nec pr̄
aliter ꝗ ex volūtate filie eā petere pōt. ff.
solu. ma. l. 2 A Ubi ēt pꝫ ꝙ silr̄ nec filia
potest petere sine patre. Et dꝫ filia patri cō
sentire qñ scit ⁊ non ꝯdicit: vel qñ effecta fu
erit demēs. B Quod si pr̄ nō viuat vxo
ri reddenda est vt ibi. Si vero dos fuerit
a quocūqꝫ alio ꝓfecta: tunc si premoriatur
vxor ad heredes eius pertinebit dos. Si ꝑ
moriat vir dos ad vxorē redibit. Intellige
hoc nisi ille q dedit fuerit stipulatus dotē
sibi reddi. C. de rei vxo. ac. l. vnica. ⁊ ff. solu
to ma. l. quotiens. §. i. A Hoc verū ē qñ
stipulatio facta est tp̄e quo dos data vel ꝓ
missa fuit: secus si postea: cū ius iam quesi
tum sit mulieri. l. d. l. post dotē. ff. so. ma. B

Quando restituenda sit dos. ꝶndeo Si
dos consistit in rebus. s. mobilibus. restitu
enda est statim solu. matrimōio. Si vero i
immobilibus debet restitui infra annū. C
de rei vxo. ac. l. vnica. §. cum autem. B.

Idem in sum.con.e.ti.q.8.sm Ray. B
An semper maritus in casu restituende dotis compellatur reddere in totum. Rñ-deo: Maritus in restituenda dote non condẽnatur nisi in q̃tum facere potest.s.habi-ta ratione ne egeat si non dolo versatus ẽ C.de rei vxo.ac.l.vnica. A §.cum autem coniuncta.l.in condẽnatõe.ff.de reg.iur. B Et debet cautionem exprimere ꝙ si ad meliorẽ fortunã peruenerit soluet residuũ Hoc etiam priuilegiũ transit ad filios eius-dem matrimonij: vt.ff.solu.ma.l.maritũ A Melius facit.ff.eo.t.l.etiã. In.l.n.maritum.nil aliud dr̃ nisi ꝙ hoc priuilegiũ ñ transit ad heredẽ. B Sed hoc heredi ex̃-neo nõ est prestandũ: q2 tale beneficiũ personale est ⁊ cũ persona extinguitur. A hº dicit ff.so.ma.l.q2 q̃ sequit immediate pº d.l.maritum. Et omnia que habentur i hº §.notantur etiam in sum.con.eo ti.q.9.sz Ray. Aduertẽdũ etiã ꝙ si maritus paci-sceretur ꝙ posset conueniri vltra q̃ facere possit: est ꝯ bonos mores ⁊ nõ valet pactũ ff.sol.ma.l.alia.§.i. B
Utrũ maritus vel eius heredes in restituenda dote possint detrahere expensas. Rñ-deo: expensas necessarias: vtputa ꝙ domũ refecit ⁊ hºi: retinere potest: vt.C.de ĩpen. in re.dota.fac.l.i. expensas vero voluntarias vel voluptuosas perdit etiam si volũta-te mulieris facte sũt.ff.solu.ma.l.in volũta-rijs. A Ista.l est potius.ff.de impen.i re.dota.fac.⁊ quod hr̃ in hoc.§.fuit dictũ Ray.vt pz in sũ.cõ.in.d.q.9. B
Quid si maritus tenetur de dote ⁊ habz alia debita. Rñdeo: Mulier pro dote habz obligata omnia bona viri in tantum ꝙ p̃-fert omnibus creditoribus nõ hñtibus expressam hypothecam: ⁊ hoc nisi alius poꝛ sit in suo iure: vt q2 petit dotem precedentẽ vt.C.qui po.in pig.ha l.fi.vide infra restitutio.2.§.5. Sz in donatione ꝓpter nuptias non prefertur mulier creditoribus nisi po-sterioribus A Hoc idem colligitur in.d. l.fi.in fi.⁊ idẽ qꝺ in hoc.§ dr̃ notat in sum. con.li.4.ti.25.q.xi. B
Etiam constante matrimonio mulier potest recuperare dotẽ: vt qñ vir vergit ad inopia.C.de iure do.l.vbi. A Ibi etiã dr̃ ꝙ non debet mulier hoc casu dotem alienare sed conseruare pro sustentatione sui ⁊ ma-riti ⁊ filiorum. B

Pro delicto viri nõ dz vxor dotẽ amittere: ex̃ de pig.ex lris.etiã si cõmisit crimẽ lese maiestatis.C.ad.l.iul.ma.quisq̃s.
Possessiõe pignorata genero ꝓ dote fru-ctus non debẽt cõputari in sortẽ si gener sustinet onera matrimonij: ex̃ de vsur. salu-briter.vide hoc.j.vsura p̃mo.§.16.qui ici-pit: Pone quidam gener.
Qui habet cognoscere de matrimonio hz cognoscẽ ⁊ de dote tãq̃ ꝺ accessorio: ex̃ de dona.inter vi.⁊ vxo.c.l.2.⁊.3.ff.de iure do.l.2.⁊.3. A In his.ll.nil de hoc dr̃: sed ad hoc bñ fac.l.2.ff de iur.om.iu. B

Dubia Utrũ dubia sint in meliorem partem interp̃tanda. Rñdeo sm Tho.2ª2ᵉ.q.60. Dicendum ꝙ sic: vt dicit glo.super illud Ro. 14. Qui non manducat: manducantẽ nõ iudicet. Nam ex hoc ꝙ aliquis hz malam opinionem de aliquo absq̃ sufficienti cã i iuriatur ei ⁊ contẽnit ip̃m. Nullus autẽ dz aliũ cõtẽnere vel nocumẽtum qꝺcũq̃ iferre absq̃ cã cogente. Et iõ vbi non apparẽt de malicia alicuius manifesta indicia ꝺbemus eũ bonũ habere interpretando id qꝺ dubium est in meliorem partem. Et meli-us est ꝙ aliquis frequenter fallatur habẽs bonam opinionem de aliquo malo homine q̃ ꝙ rarius fallatur hñs ma'ã opionẽ de aliquo bono: q2 ex hoc fit iniuria alicui nõ aũt ex p̃mo: ex̃ de re.iu.estote. A Idẽ in sum.cõ li.3 ti.34.q.235. B In dubijs via tutior est eligenda: ex̃ de homici.ad audientiam.

Duellum est singulari pugna pro probatione veritatis: ita videlicet vt qui vicerit ꝓbasse intelligat.⁊ si non vicerit defecisse in probatione putet.⁊ dr̃ duellum quasi duorum bellũ. Dicit ẽt monomachia.i.singulari pugna. A Idem etiam in sum.con.li.2.ti.3 q i.sz Ray.Hosti.⁊ Goff. Et addit Ray. Dicitur etiam vulgo in quibusdam partibus iudicium: eo ꝙ ibi iudicium dei expe-ctatur. B
Duellũ facere non est licitũ 2.q 5 monomachiã. Nã ẽ ꝯ p̃ceptũ illud: Non tentab dñm deũ tuum: Deut 6.⁊ Matth.4. Cõ-tra quod nullo modo faciendum est: ⁊.2.q 2.querit. Item expresse prohibetur lege seculari.C de gladiatoribus.l vnica.lib.xi Cõ.in hoc Goff.⁊ Host.⁊ Tho.scꝺa scꝺe

q.25. A immo.95.arti.8. Et hoc fuit prin cipale dictū Ray. vt pz i sū.cō.li.2.ti.3.q.2 Et addit Ray. Nec obstat ꝙ crimē lese maiestatis crimē perduellionis appellat: q2 illud nō iō dr̄ ꝙ in illo crimie sit admit tendum duellū, ꝑut quidā male intellexerūt sed q2 perduelles dicūtur hostes. vult ergo dicere crimē perduellionis.i. crimē hosti le.ff.de vbo. si.l. quo nos. B

Utruz in duello consuetudo generalis aliquē excuset. Rñ. ſz Ray. ⁊ Host. Nulla consuetudo vel veri⁹ corruptela possit ali quē excusare: q2 diuturnitas tpis nō minu it peccatū sed auget: extra de simo. non sati ⁊.c. cuz in ecclesie. Peccāt ergo oēs mor talr̄ sed differenter. Grauiter.n. peccat qui suscipit ēt ꝓpter quēcunq3 metuz. Attenua tur autem peccatū eius multū ꝑꝑ ꝑiculum rerꝫ vel personarꝫ.32.q.5.ita ne. extra quod met⁹ cā sacris. Ille aūt q spōte suscipit ⁊ q qui offert ⁊ iudex qui defert vel auctorita tem prestat. Itē ille qui ex offō dat ꝯsilium auxilium vel fauorē. Itē sacerdotes q dāt bñdictionē sicut alicubi est ꝯsuetudo omēs dico longe peccāt grauius. Et si contigerit sibi homicidiū oēs fierent irregulares.17. q.4 oēs. Si ergo clerico offeratur duellū nullo mō suscipiat nec per se nec per alium loco sui: q2 de iure debet deponi: ex̄. eo. c.i. ⁊.2. A pōt tm̄ eṗs cū illo dispēsare dūmō ex duello mors vel mutilatio secuta non fu erit. d.c.i. Sz dz eū eṗs defendere vel eccle sia: de cuius iurisditione est: extra de fo. cō pe.c.i. ⁊.xi.q.i.c.i.⁊.2. A Con. ēt ꝓ dictis Goff. vt in sū. con. eo. ti. q.3. B

Nūquid fiūt irregulares clerici qui affe runt reliquias ad iurandū pugnaturis in duello. Respondeo ſm guil. Ray. videtur sentire ꝙ sic: q2 videtur coadiuuare ad hoc ꝙ duellum fiat: sicut illi qui dant benedicti onem. Mihi tm̄ videtur dicendū ꝙ si tales clerici solū afferunt reliquias ad iurandu3 ita ꝙ eis non afferentibus nihilominus fi eret duellum non sunt cooperatores nec vi dentur esse irregulares: alr̄ sic. A Veri tas est ꝙ non potest negnari quin aliquo mō sint cooperatores. Et cum belluz sit in iustum merito incurrunt irregularitatē: vt pōt colligi s̄. bellum.2.§.2. Unde ⁊ idem guil. dicit ꝙ non est securū dicere ꝯtriuz: vt pz in sū. con. li.2. ti.3.q.4. B

Quid de eṗis abbatibus ⁊ capitulis et clericis: qui a seculari dño cogunt aut subi re duellum: aut res ecclesiasticas perdere. Itez qd de eṗis ⁊ prelatis habentibus iu risditiones tpales: ⁊ in eorꝫ curijs inducūt ⁊ iudicantur duella. Rn̄° ſm guil. In oibus h⁹i casibus si prelati seu clerici offerunt seu suscipiūt duella aut per se aut etiā per alios de eorꝫ mandato: aut per ea iudicant aut a liquam auctoritatem spālem prestant pec cant mortalr̄. Et si sequatur mors fiūt irre gulares. Si āt talia fiant ꝑ iconomos vel prepositos seculares administratores ꝓlato rum sine spāli mandato: prelati qdē peccat mortalr̄ talia tolerando: tm̄ non credo ꝙ incurrāt irregularitatem: ex quo super hoc spālem auctoritatem non prestant: lz preci piant balliuis suis ꝙ iusticiam faciāt in tali vel tali cā: quia in tali generali mandato ñ intelligitur aliquid mandari de duello. ⁊ i h⁹i casibus si rex velit personā ecclesiasti cā cōpellere ad duellū: aut auferre ei bona sua: debēt eṗi se inuicem viriliter adiuuare Clericus autem dz potius oia mala tolera re q̄z tali malo consentire. Et oia predicta intellige eodem mō de iudicio ferri candē tis ⁊ aque bullientis: in quibus oibus tētat̄ deus ꝓpter qđ ꝓhibita sunt expresse.2 q. 5. mēnā. ⁊.c. consuluisti. ex̄ de pur. vul.c. vl ti. A Idē in sū. cō. eo. ti. q.5. Et addit ab eodē Guil. Credo etiā ꝙ in publicis predi cationibus pōt itimari secularibus rusticis ⁊ plebibus: dum tm̄ mature ⁊ modeste ⁊ q̄ si per moduz compassionis dicatur eis ꝙ si hoc faciunt non sunt in statu saluando ruz: ⁊ presertim in his locis: vbi super hoc creduntur iuris ignorantia laborare que i eṗis ⁊ abbatibus ⁊ ceteris ecclesiasticis ꝑ sonis non est tolerabilis qcquid sit de secu laribus. B

Pena pugnantiuz in duello ſm Ray. est depositio si erāt clerici: ⁊ si mors inde vel mutilatio subsecuta fuerit: nō pōt eṗs cū talibus dispensare in offō sed in benefi cio sic: Host. vo dicit ꝙ nō pōt. Et posset dici ꝙ non pōt dispensare in assequendo nouum bñficiū: sed in retinendo habitum ad sustentationem. A Sed certe in c.2° ex̄ de cle. pug. in du. dr̄ ꝙ pōt cū talibus su per hñdo bñficio dispēsari: ⁊ ita dic̄ Ray. Nec ꝯdicit Hosti. dicit.n. ꝙ cū talibus ad beneficiū hñs curā aiarꝫ non dispēsabit in ferior papa: vt pz in sum. con. e. ti. q.6. vbi

etiā dī ꝙ beneficiū sup quo fuerit dispensa
tum tales hēre poterūt vt titulū ꝫ Goff. ꝫ
alios ꝟo habebunt tm̄ vt stipendium sicut
laic⁹. ⁊ ex̄ ecclesiam. 32. di. siqui ꝟo. Et hoc
vī verius: quia beneficium datur ꝓpt̄ of
ficium. 16. q. 1. generaliter. Unde cum non
possint vti officio non videtur ꝙ possint in
titulum habere beneficium. B Quod
si nec mors nec mutilatio fuerit subsecuta
etiam si sacerdos vel clericus in duello ob
lato vel sponte suscepto amisisset partez di
giti: sed non tantā quin sine scandalo possꝫ
celebrare qūtūcunqꝫ fuerit grauis excessus
potest episcopus cuꝫ tali post peractā peni
tentiā dispēsare: ex̄ eo. c. 1. ⁊. 2. A Hoc ve
rum ꝫm eundem Ray. si aliter necessitas vl
vtilitas hoc exposcat: vt in. d. q. 6. B De
pugnantibus in torneamentis vide. ī. tor
neamentū.

Ebrietas vtrum sit peccatum
mortale. ℞ndeo ꝫm
Tho. 2ª 2ᵉ. q. 150. Immoderatus v
sus vini potest contingere tripl'r. pr̄io mō
ita ꝙ vtens nesciat potum eē imoderatuꝫ
⁊ inebriare potentem: et sic ebrietas potest
esse sine peccato: ⁊ sic de Noe creditur. 2°
modo qn̄ aliquis percipiat potum eē imo
deratum: non tn̄ estimet posse inebriare: et
sic pōt esse cū peccato veniali. A Nisi h°
casu ebrietas sit frequens seu assidua: tunc
enim est mortale ꝫm Aug. 25. di. §. als autē
ꝟ. ebrietas etiam. ⁊ vt no. in sum. con. li. 3.
ti. 4. q. 2. assiduitas vt dic̄ Aug. facit ebrieta
tem esse peccatum mortale non propter so
lam iterationem actus: quia multiplicatio
actuum venialium non auget in infinitum
sed quia non potest esse ꝙ homo assidue i
ebrietur quin sciens ⁊ volens ebrietatez in
currat: dum multotiens expertur fortitu
dinem vini ⁊ suam habilitatem ad ebrieta
tem. Uel melior rō est scd̄m Alex. de ales
super scd̄o sn̄iarum di. 39. q. 6. ꝙ cum hō
habet sufficienter tp̄s deliberationis tenet
reprimere motus vēiales ne ꝓcedat regnū
peccati siue dn̄inm. Non ergo ꝓ diuturni
tate vel assiduitate computatur pcc̄m mor
tale: sed per manifestū datur intelligi occul
tum. s. ipse cōtēntus rōnis. Idem sētit etiā
Pe. vt pꝫ. s̄. delectatio ad fi. in additione
B 3° modo qn̄ quis bene aduertit potum
eē imoderatū ⁊ iebriātem ⁊ tn̄ magis vult e
brietatē icurrē q̄ a potu abstinē. Et tal' ꝑhe
dī ebrius ⁊ sic ebrietas ē peccatum mortale

Quid cum alicui datur imoderatus po
tus vel cibus cā medicine ad ꝓnocādū vo
mitū. ℞ndeo ꝫm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 150. In hoc
casu non ē pctm̄: qꝛ lꝫ talis cib⁹ vl' pot⁹ sa
no eēt superfluus: nō tn̄ infirmo: sꝫ ꝓpter
hanc cām n̄ dꝫ potus dari vsqꝫ ad ebrieta
tē: qꝛ tunc non excusaretur a peccato.

Que pena clerici qui ebrietati deseruit.
℞ndeo ꝫm Ray. Pena est q̄ si ep̄s vl' pres
byter vel diaconus ⁊ admonitus non desi
stat deponatur. Si ꝟo est subdiaconus vl'
infra: aut etiā laicus: cōione priuetur vl' ꝟ
beretur. 35. di. ep̄s. ⁊. c. ante omnia. 15. q. 1.
sane. de vi. ⁊ hone. cle. ⁊. c. a crapula in fi.
A Con. Hosti. vt i sum. cō. li. 3. ti. 4. q. 4
B Et nota ꝙ ꝫm Hosti. idē est hodie de
subdiacono quod de diacono: vide infra
ludus alee. §. 4.

Ebrietas vtrum excuset hominē a pecca
to quod ꝯmittit. ℞ndeo ꝫm Ray. Siqs in
ebrietatē incidit sine culpa sua: ⁊ sit oio alie
natus mēte certe excusatur. 15. q. 1. sane. sec⁹
si culpa sua inebriatus aut nō oio alienat⁹
fuerit. A Hoc casu, cū quis ebrietatez vel
aliā dementiā incurrit culpa sua. dicunt ali
qui ꝙ excusat a tāto ⁊ non a toto. Alij aūt
dicūt ꝙ excusatur a toto: si nullū hꝫ iudici
um rōnis. Et vt no. in sum. con. li. 3. ti. 3. q.
17. hoc est ꝓbabilius ⁊ ꝟius: et consētit cū
hoc Ray. Videt posse dici ꝙ quis bn̄ excu
satur penitus ab eo quod fecit in oimoda
amentia: sed non a cā amentie pro qua de
bet puniri. Et vtrūqꝫ videtur probari in di
cto. c. sane. 15. q. 1. ⁊ ibi glo. tamen pro deli
cto etiam in omnimoda amentia facto ad
cautelā pn̄ia iniungenda est: sed leuior ad
mentem reuerso. 15. q. 1. siquis insaniēs. ⁊ no
tatur in sum. con. in. d. q. 17. B

Sed nūquid ebrius pōt ꝯhē matrimo
niū. ℞ndeo ꝫ guil. Si ita ebrius est ꝙ oio
careat vsu rōnis: nō pōt: qꝛ deest ei consen
sus rōnis sine quo nō pōt eē mr̄imoniū: se
cus si vsū rōnis hꝫ. A Idē in sū. cō. li. 4.
ti. 2. q. 27. B Qd̄ ebrietas impedit ordi
nādos: vide. ī. ordinādus. §. 3.

Ecclesia primo cōmuni
ter eccle
sia si fundata fuit in alieno solo qd
fiet. Respondeo ꝫm Ray. ⁊ Hostien. Si
dominus soli laicus erat: ⁊ hoc sciuit ⁊ nō
ꝯdixit sibi imputabitur ⁊ ecclesia libera re

manebit:ar.54.di.si seruus .Si vo igno-
rauit eccl'ia quippe remanebit constructa ⁊
libera: nec efficietur laico censualis: sed ille
tamen qui construxit tenetur dñm seruare
indēnem: vel etiam eps si ponendo prima
rium lapidē vel postea in consecratione ec
clesie fuit negligens. A .s. in examinatiōe
dotis vel mansi: vt in sum.con.li.i.ti.14.q.
15. vbi ēt habentur oia que in hoc.§. ponū
tur. B de conse.di.i.nemo.14.q.vl.com
perimus.di.70.sanctorum. Si vero solū erat
alterius eccl'ie vel collegij eccl'iastici debet
ei restitui hoc modo: q ecclesia constructa
fiet sibi subdita quo ad ius patronatus .12.
q.2.apostolicos.17 q.4.questi.

Ecclesiam nemo edificare pōt nisi au
ctoritate diocesani qui debet ponere pri-
marium lapidem: crucem figere ⁊ cimite-
rium designare: ⁊ etiam petere dotem suffi
cientem assignari: sine qua consecrari non
debet: de cōse.di.i.nemo.⁊.c.placuit. ⁊ ho
die quidem sufficit q assignetur pro dote
vnus mansus.i.vnum predium sufficiens
pro vno pari bonum totalr liberum: extra
de censi.c.p°. A Et ibi gl.no. q māsus di
citur quātitas terre que sufficit duob' bo-
bus ad laborandum in anno. B Tal' tñ
eccl'ia donec in hac paupertate fuerit nō te
nebitur ad hospitalitatem seruandam nec
epo aliquid persoluendum nisi in c̃stū pōt
A Hosti. cuius hec fuerūt dcā dic̃ q nō te
netur talis eccl'ia ad iura epalia persoluen-
da: nisi forte aliquid nomine cathedratici
q: non pōt: vt in sū.con li.3.ti.24.q.48.B
donec perueniat ad pinguiorē fortunā: ar
gu.ex̃ de consue.cū dilectus. A Melius
v: facere dictum.c.pmū in fi.de censi.ibi: ⁊
si aliquid amplius habuerit inde senior' b'
debitum seruitium impendat. B

Exempti non pñt construere oratoria siue
eccl'ias vel capellas in locis non exemptis si
ne docesanorum lñia: vide infra exemptus
Clericus siue ordinandus debet esse hospitalis propter multa que habes. s. ordinandus. §. 7°.

Humilitas

Utrum homo debeat se omnibus per humilitatem subiicere. Rn° sm Tho. 2a 2e. q. 161. Dicendum quod in homine duo possunt considerari. s. id quod est dei. s. quicquid pertinet ad perfectionē: et id quod est hominis. s. quicquid pertinet ad defectum. Humilitas autem proprie respicit reuerentiam qua homo deo subiicitur: et ideo quilibet homo sm id quod suum est: debet se cuilibet proximo subiicere quantum ad id quod est dei in illo. Sed absque preiudicio humilitatis potest dona que quis accepit preferre donis que alteri apparent collata. A Ita tamen quod ex his se non maioris meriti existimet: sed obligationis: iuxta illud Gre. homil. 40. Cum augentur dona: rationes etiam crescunt donorum. etc. Item vt i his non glorietur: alias in speciem incidit superbie qua diabolo comparatur. Unde Greg°. 23° moral. c. 16°. In hac arrogantie quarta specie crebro humanus animus labitur: vt id quod debet habere singulariter glorietur: in qua tamen diabolice similitudini vicinius appropinquat. B Similiter etiam hoc nō requirit humilitas: vt aliquis id quod suum est in seipso subiiciat ei quod est hominis in altero: alioquin oporteret quod quilibet reputaret se maiorem peccatorem quolibet alio. Potest tamen aliquis reputare aliquid boni in proximo quod ipse non habet: vel aliquid mali esse in se quod in alio non est: et sic absque falsitate potest se credere et pronunciare omnibus viliorem sm defectus occultos quos in se recognoscit: et dona dei que in aliis latent. A Con. Al. vt in sum. con. li°. 3° ti. 33. q. 274. Et ideo propter quodcunque peccatum quod in proximo videmus nō debemus nosipsos illi in nostra existimatione preferre propter bonū quod potest in illo latere: et quia forte in nobis est maius vel simile peccatum vel saltem omnino esse potest. Unde Beda in homel. sabbati tertie dominice in quadragesima. Euenit sepe vt qui homicidam publice peccantem iudicant: peius odiorum malum quo ipsi in secreto depulsantur non sentiant. Qui fornicatorem accusant pestem superbie qua de sua castitate extolluntur ignorant. Qui ebriosum condēnant: virus inuidie quo exceduntur ipsi nō videant. Quid ergo nobis in huiusmodi periculis remedii. Quid restat salutis nisi vt cum peccantem conspicimus alium mox inclinemus deorsum. i. quod deiecti ex nostre cōditione fragilitatis simus si nos diuina pietas non sustentet humiliter inspiciamus. B

Iactantia

quid sit. Rndeo sm Tho. 2a 2e. q. 122. Iactantia proprie importat quod homo verbis se extollat dicendo de se aliquid quod supra se est. Hoc autem contingit dupliciter. Quandoque. n. aliquis loquitur de se: non quidem supra id quod est in se: sed supra id quod de eo homines opinantur. Quandoque vero loquitur de se supra id quod est in se sm rei veritatem. Et in isto secundo modo magis proprie iactantia consistit: quamuis vtroque modo dici possit.

Utrum iactantia sit mortale peccatum Rndeo sm Tho. vbi. s. Iactātia potest dupliciter considerari. p° modo sm se. A. i.

inq̄stum est qȝdam mendaciuȝ. B ⁊ tūc est mortale peccatū quando aliquis iactanter ꝓfert quod est contra gl'iam dei: Ezech. 23°. A imo potius. 28°. vbi quod seqtur dicitur ꝯtra ṗncipeȝ tyri. B Eleuatū est cor tuum ⁊ dixisti: deus ego sum. Uel etiaȝ ꝯtra charitatem ꝓximi: sicut cuȝ quis se iactando ꝓrumpit in contumelias alioꝝ: vt Luc. 18°. Non sum sicut ceteri homies: raptores: iniusti: adulteri: velut etiam hic publicanus. Sȝ si nō sit ꝯtra gloriam dei: vel charitateȝ ꝓximi est peccatū veniale. 2° mō potest ꝯsiderari iactantia ̄bm suam causaȝ. Et siquidem procedit ex superbia vel inani gloria tali que sit peccatū mortale: ⁊ ip̄a erit mortale: al' erit veniale. Si v̄o sit ꝓpter appetitum lucri videtur pertinere ad ꝓximi d̄ceptionem vel dānum: ⁊ sic magis est peccatū mortale. Sed nec hoc semper: q2 potest eē tale lucrum ex quo alius non damnificatur. Quod hironia que est contraria iactantie quandoq3 est quedam iactantia: vide infra hironia. §. 2°.

IEiunium Triplex est ieiunium. P^{m} corporis a cibo materiali. Z^{m} afflictionis a gaudio temporali. 3^{m} voluntatis a peccato mortali. A de his duobus vltimis dicitur de conse. di. 5. ieiunium. B Est sciendum ꝙ primum ieiunium dominus instituit in paradiso: sed postea sāctificauit. 40. diebus ⁊ noctibus in deserto: Math. 4° ⁊ Luc. 4°. A De istitutiōe nō Geñ. 2°. B

Utrum ieiunium sit semper laudabile vel non. Rndeo ̄bȝ Tho. in. 4°. dis. 15. In tribus casibus non est laudabile neq3 etiaȝ licitum. Nam ṗ° quidem per ieiunium subtrahere quod est necessariū vite non licet: sicut nec seipsum interficere: sed hoc est valde modicum: q2 natura modicis cōtenta ē. Item non licet subtrahere quod est necessarium ̄bm ea que incumbunt facienda ex officio vel ex societate eorum ad quos qs conuiuit. Hoc. n. esset de rapina hostiam offerre. Item 3° non debet esse tanta abstinentia ꝙ homo ab operibus virtuosis impediatur. Nam ⁊ si ad ea non teneatur: indiscretum tñ erit tale ieiunium ⁊ non licitum. Sȝ abstinentia siue ieiunium laudabile est quādo per ipsum caro diminuitur a suo robore ita ꝙ facilius spūi subdatur: nec ꝓpter hoc acceleratur mors: q2 ex abundantia plures moriuntur q̄ȝ ex defectu. A Ideȝ in sum. con. lib° ṗ°. ti. 12. q. 14. B

Utruȝ ieiunium cadat sub ṗcepto. Rndeo ̄bm Tho. 2^{a} 2^{e}. q. 147. Dicendum ꝙ ieiunium quantuȝ ad necessitatem coertionis peccati vel satisfactionis in penitentia: vel ad eleuationem mentis ad spiritualia: sic in cōmuni cadit sub precepto legis nature. Sed determinatio temporis ⁊ modi ieiunandi cadit sub ṗcepto iuris positiui: q2 ab ecclesia est sic statutum: nec tñ quilibet transgrediens peccat mortaliter: sed tm̄ qui transgreditur ex contemptu: vel sic ꝙ impediatur finis quem intendit legislator. Sed qui ex causa rationabili frangit ieiunium: non peccat mortaliter nec est trangressor precepti. A Ideȝ in sum. con. eo. ti. q. 15. B

In quibus diebus tenetur quis ieiunare. Rn°. Quantum ex precepto tenetur quidem ṗ° totam quadragesimā: de ꝯse. di. 3. non liceȝ. ⁊. c. nō opȝ. ⁊. c. placuit. Idem de quatuor temporibus: di. 76. statuimus. Item in vigilia natiuitatis dñi: ex̄ eo. c. ṗ°. Itē in vigilia pentecostes: vt nōtur dis. 76. necessario. A in glo. ⁊ est. §. B etiā in vigilia assūptiōis beate v̄ginis: ex̄ eo. c. ṗ°. Item in oibus vigilijs aploꝝ preter q̄ȝ Philippi ⁊ Jacobi: q2 venit tēpore paschali. ⁊ Johis euangeliste: q2 venit infra octauas natiuitatis: ex̄ eo. cōsilium. De festo etiā beati Bartholomei cōsuetudo seruanda est non de ieiunando: q2 hec est iam firma ⁊ vniuersalis: sed d̄ die celebrandi festum: vt in dicto. c. consiliū. Itē ex vli ecclesie ꝯsuetudine ṗceptum est de vigilia bti Johis baptiste: ⁊ oium sanctoꝝ: ⁊ vt Inno. ponit sci Laurentij. Qd̄ si aliqua dictoꝝ solēnitatum venerit in scd̄a feria: vigilia ieiunabitur in sabbato: vt in. c. ꝯsiliuȝ. Silr de ieiunijs q̄ epi in suis ep̄atibus idicunt: de conse. di. 5. ieiunia. ⁊ dis. 3. c. ṗ°. A ̄bm Inno. super rubrica de obser. ieiunio. Translatio ieiunij potest etiam ex alia causa fieri q̄ȝ cum festū occurrit scd̄a feria. Dicit. n. ibi. Nota ꝙ lȝ ieiunia non debeāt cōmutari vel redimi sine causa: tñ cum cā possūt cōmutari: sicut dicit ꝙ in q̄busdā locis Francie vbi sunt eccl'ie sancti Quintini non ieiunatur in vigilia omnium sanctoruȝ sed tertia precedente die. B Sunt ⁊ alia ieiunia non de precepto sed de consilio sic̄ de aduentu: vt in dicto. c. consilium. A Inno, vbi, s, videtur dicere ꝙ ieiuniū aduet⁹

ſit etiam de precepto vbi eſt ꝯſuetudo. B Itē in quarta ⁊ ſexta feria ⁊ ſabbato: ꝺ ꝯſe. di. 3. ieiunia. ⁊. c. ſabbato. A In dcō. c. ieiunia dicitur ꝙ non ieiunās quarta feria videtur cū Iuda tradere xp̄m: ⁊ non ieiunans ſexta feria videtur cum crucifixoribꝰ crucifigere. Et ſic hec ieiunia non videntur de conſilio ſed de precepto. Quod pōt concedi vbi eſt conſuetudo: ar. 12. diſ. illa autem. Nam vt ſupra patet in obligatione ieiuniorum etiā conſuetudo operatur. Cōſuetudo ꝟo contraria non excuſat nō ieiunantes in vigilijs apoſtoloꝝ ⁊ in alijs ſolēnibus ieiunijs: in alijs ꝟo lic: niſi prelatus aliud iniungat ſꝫ Hoſti. ⁊ in ſū. con. eo. ti. q. 16. ad fi. B. Itē rogatiōes: ꝺ ꝯſe. di. 3. rogatōnes.

Utrum liceat ieiunare in dn̄ica. R̄n° ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 147. Dicendū ꝙ die dn̄ica ieiunare nō conuenit: qꝛ dies eſt leticie. Unā ſi quis tunc ieiunaret et quaſi faciens cōtra cōſuetudinem populi xp̄iani non eſſet a peccato imunis: lꝫ ieiunium de ſe ſit laudabile omni tempore. A Quod dicitur hic intellige quando cum ſcandalo alioꝝ ieiunaret: vel ad quandam cerimonialem obſeruātiā quam illa die faciebant pagani ieiunantes. Unde ⁊ ꝓpter hoc idem ſtatutū fuit etiaꝫ de feria quinta: de con. diſ. 3. ieiunium. Secꝰ ſi ieiunaretur ratione ſimplicis abſtinentie vl' aliquo religioſo reſpectu: vel per ſe: vel ꝑ impoſitionem ſuperioris: ſicut fit in quinta feria: in qua ieiunamus ex debito in ieiunijs ſtatutis: de conſe. di. 3. non licet. ⁊. c. nō oꝫ. Unde ⁊ 76. diſ. c. vtinam. dicit Hieroꝰ: Utinam omni tempore ieiunare poſſemꝰ. Qꝺ in actibus apoſtolorum diebus pentecoſtes: ⁊ ſic die dominico apoſtolum Paulū ⁊ cum eo credentes feciſſe legimus. B

Que hora ſit competens comedendi. R̄ndeo ſm Tho. vbi. ſ. conueniens eſt hora nona. A Pro hoc facit de con. di. 1. ſolent. B Nec illam oportet ſtricte conſiderare ſed ſufficit groſſa eſtimatio. ſ. ꝙ ſit circa horam illam. Nec multuꝫ nocet ſi ex aliqua cauſa aliquantulum hora illa ꝓueniatur: vel ſi forte propter infirmitatem vel etatem vel aliquid hꝰmōi tali hora comedere cederet alicui in magnum grauamen: nam eſſet cum eo in ieiunio diſpenſandum vt aliquantulum preueniret horam. A Ideꝫ in ſum. con. li°. ꝓ°. ti. 12. q. 32. B

A quibus cibis ieiunantes debent abſtinere. R̄ndeo ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 147. In ieiunio quadrageſimali interdicūtur vniuerſaliter oua ⁊ omnia lacticinia. In alijs autem ieiunijs diuerſe conſuetudines ſunt quas quiſquis ſeruare debet ſm mores eorum inter quos conuerſatur. 76. di. vtinam. Eſus autem carnium generaliter in omni ieiunio prohibitus eſt: qꝛ generaliter magis eſt delectabilis ⁊ ad humorem luxurie magis cooperatur. Unde ⁊ in ſexta feria neceſſario eſt abſtinendum a carnibus: ⁊ etiaꝫ in ſabbato ſꝫ quorūdam conſuetudinem: extra eo. conſiliuꝫ. Con. Hoſti. A Con. etiam Inno. vt i ſū. con. eo. ti. q. 33. Et regulariter in omni ieiunio niſi conſuetudo excuſet vtendū eſt cibiſ quadrageſimalibus: de conſe. di. 3. rogationes. De cibis ꝟo quadrageſimalibꝰ Gregoꝰ. 4. diſ. deniqꝫ. ita dicit: Par eſt vt qui his diebus a carne animalium abſtinemꝰ: ab omnibus quoqꝫ que ſementinaꝫ trahūt carnis originem ieiunemus: a lacte videlꝫ caſeo ⁊ ouis. Ceterum piſcium eſus ita xp̄iano relinquitur: vt hoc ei infirmitatis ſolacium non luxurie pariat incendium. Deniqꝫ qui a carne abſtinent: nequaqꝫ ſumptuoſiora marinarum belluarum conuiuia preparent. Uinum quoqꝫ ita bibere permittimus ꝙ ebrietateꝫ omnino fugiamus: alioquin reſtat vt omnia que corporibus libēt ſimiliter faciamus. B

Utrum per potuꝫ ſoluatur ieiuniū. R̄n°. ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 147. Ieiunantes non ꝓhibētur pluries bibere: qꝛ potus ſumitur magis ad alterationem corporis ⁊ digeſtionē ciborum qꝫ ad nutritiōeꝫ: lꝫ aliquo modo nutriat. Poſſunt tn̄ imoderate bibētes peccare ⁊ meritum ieiunij perdere: ſicut etiam ſi imoderate in vna comeſtione cibum aſſumant. Con. Inno. ſiue potus aſſumatur ante cibum ſiue poſt. A Idem i ſum. con. eo. ti. q. 31. B

Quid de ꝯfectionibus. R̄n°. ſm Tho. vbi. ſ. Per confectiones ſeu electuaria nō ſoluitur ieiunium ſicut nec per alias medicinas niſi quis in fraudem ea ſumeret i magna quantitate per modum cibi. Cō. Inn. A Tho. tangit hoc in dicta. q. 147. arti. 6° ⁊ nil dicit de confectionibus ſꝫ tm̄ de electuarijs: ⁊ dum aſſumuntur ſolum cauſa medicine. Et hoc idem poſſet intelligi de confectionibus et alijs que non in fraudem aſſumerentur pro medicina: alꝰ non. Unde

Al. dicit ꝙ esus spẽꝝ ⁊ electuarioꝝ soluit ie
iuniũ nisi fiat causa necessitatis: vt p3 in di-
cta. q. 31. Inno. etiam super rubrica de ob-
ser. ieiu. dicit: Electuarijs autem delicatis
non credimus ꝙ aliter liceat vti nisi sic alio
cibo delicato. Medicinã autem pro remo
uenda infirmitate vel fugienda accipere l3
sine peccato in die ieiunij: s3 pro conseruan
da sanitate vbi non est signũ infirmitatis ñ
credo. Ecce ergo ꝙ non est differentia inter
electuaria cõfectiones ⁊ alia: nisi inquantũ
assumantur ꝓ vera necessitate infirmitatis
imo q̃to est cibus delicatior siue preciosior
tanto minus licit⁹ tempore ieiunij: dis. 4. de
niq3. vt p3 etiã in dicta. q. 31. Al. dicit: ꝙ po
tus ante prandiũ soluit ieiuniũ s3 post non:
nisi fiat imoderate preter necessitatem. S3
vt potest colligi ex Inno. vbi. s̃. circa istam
potationẽ quantum ad hoc vt liceat añ vel
post prandium attendenda est consuetudo
B In qua etate tenetur quis ad ieiunã
dum. R̷ndeo ẜm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 147. Quam
diu aliqui sunt in statu augmenti non tenẽ-
tur. s. vsq3 ad finez tertij septennij. i. 21. anni
Conueniens autẽ est vt etiaz in hoc tempo
re: se ad ieiunandum exerceãt plus vel min⁹
ẜm modum sue etatis ⁊ possibilitatis. A
Quãdoq3 tñ magna tribulatione imminẽ
te in signum penitentie artioris etiam pue-
ris ieiunia indicuntur: sicut ⁊ de iumentis
legitur Jone. 3°. Homines ⁊ iumenta non
gustent quicq3: neq3 aquã bibant ẜm eũdẽ
Tho. ibidem. B Nouicij quoq3 ⁊ iunio
res religiosi ẜm Guil. super soluendo ieiu-
nio iuxta discretionẽ prelatoꝝ se gerere d̃
bent. A Inno. autem vbi. s̃. dicit ꝙ ad ie
iunandum tenẽtur omnes sane mentis ⁊ do
li capaces potentes ieiunare cũ ipsi peccare
possint ⁊ peccata deflere: extra de delic. pu.
c. p°. Dispensatiue tñ cũ impuberibus ⁊ eti
am maiori etate poterit dispensari: vt ab i-
dictis ieiunijs absoluãtur. Et hoc videtur
tutius l3 super hoc passu diuersi diuersa sẽ-
tiant. B Quid de peregrinãtib⁹: aut
multum laborantibus. R̷° ẜm Tho. vbi. s̃.
Si pegrinatio ⁊ labor cõmode differri pos
sit aut diminui absq3 detrimento: non sunt
ꝓpter hoc ecclesie ieiunia pretermittenda.
Si autez imineat necessitas statim peregri
nandi: ⁊ magnas dietas faciendi: vel etiam
multum laborandi: ⁊ sil' cũ hoc non possint
ieiunia obseruari non obligatur homo ad
ieiunandum. Videtur tamen in talibus re-
currendum esse ad superioris dispensatio-
nem nisi forte vbi nõ est consuetum: q2 pre-
lati dissimulãtes ãnuere videntur. A Jõ
in sum. con. eo. ti. q. 18. vbi etiam addit ẜm
eundem Tho. ꝙ qui nolunt cõducere ope-
rarios nisi frangant ieiunium: nõ sunt imu
nes a peccato: nisi forte sit causa necessaria
que festinationem operis exposcat. Itez ꝙ
ex parte operantis intentio maioris lucri ñ
necessarij a peccato non excusat si ieiuniu3
frangit. Ibidem etiam dicitur ẜm gl. Ray.
ꝙ propter ieiunium seruandum quis non
cogitur mendicare cu3 non consueuerit al
mendicare. B
Quid de cursoribus quoꝝ vsus est do
minis necessarius. R̷° ẜm Guil. Si nõ pos
sunt simul currere ⁊ ieiunare excusant. Se-
cus quando morantur vel modicũ vadũt.
A nisi forte immineret eis grandis viatio
quam non possunt perficere: soluant ieiuni
um paucis diebus ante: ẜ3 eundem Guil.
vt in sum. con. eo. ti. q. 20. B
Quid de seruitoribus nobilium. R̷° ẜ3
Guil. Si tales ex causa preueniant horam
comedendi: non credo ꝙ peccent: silr̃ si pre
libant modicũ: dico ante horam vt quasi ꝓ
pter ꝯtinuationẽ tẽporis totũ possit postea
reputari quasi vna mensa. Sicut etiam nec
peccant q pregustant cibos dominoꝝ ad
cautelam veneni: imo ⁊ casu licet etiã pregu
stare carnes dñoꝝ. Nec iteꝝ peccant q qñ3
surgunt de mensa vt portent vinũ encenia:
⁊ h⁹l. Con. Inno. A ⁊ addit: Idez credi-
mus de medicis ꝑgustantibus medicinas
Et in his casib⁹ credimus ꝙ monachis li-
cet ꝑgustare carnes. Et cõ. Hosti. vt in sũ.
con. eo. ti. q. 21. B Et idem dicit Guil. de
seruitoribus ⁊ lectoribus mense inter religi
osos dum cum licentia. A Idem in sum
con. eo. ti. q. 22. B Quid de paupibus
⁊ mendicantibus. R̷ndeo ẜm Tho. 2ª 2ᵉ. q.
147. Si possunt habere tantũ simul ꝙ suf-
ficiat ad vnam comestionem non excusant
a ieiunio: si non possunt excusantur. Silr̃ ⁊
quando ꝓpter precedentem inediam ieiu-
niũ nũc ferre nõ possunt. A Idez in sum.
con. eo. ti. q. 26. B Quid de mulieri-
bus pregnantib⁹ seu lactãtibus. R̷°: Si ne-
cessitas debilitatis corporis impediat eas:
nõ tenentur ad ieiuniũ: imo si credit ꝓbabi
liter de periculo eaꝝ vel aborsu: nõ solũ pos

sunt:sz etiam tenētur soluere ieiuniuz: sicut
Guil. ponit. A Etidem si timeatur de pe
riculo pueri lactentis: fm eundē Guil. vt in
sum. con. eo. ti. q. 24. B Utrum vxo'
res ppter phibitionē viroꝝ debeant dimit
tere ieiunia. R° fm Inno. Lz dimittere de
beant vota. A .i. ieiunia seu abstinentias
votiuas. 3. q. 5. manifestum. B nō tñ ieiu
nia. A .s. indicta ab eccl'ia: vt in sum. con.
eo. ti. q. 27. vbi hec notantur. B nisi forte
ꝙ ppter scandalū vitandū sacerdos dispen
sare posset. 50. di. vt cōstitueretur. ex̄ de cle.
ex. mi. latores. Con. Hosti.
Quid de infirmis ꝛ debilib⁹. R n°. fm
Guil. excusātur: sz p quanta debilitate ar'
bitrio boni viri standū ē. Idē in senib⁹. A
Hoc fuit dictū Inno. vt in sū. cō. e. ti. q. 25.
B Utꝝ super solutione ieiunij sit peten
da dispensatio. R°. fm Guil. Si ꝯstat de cā
ppter quam soluendū est ieiunium non est
necessarium vt petatur dispensatio preserti
vt dicit Tho. consuetudine interueniente.
Si autem dubium sit vtꝝ sit causa necessa'
ria. A siue dubiuz sit sibi siue alijs fm eū.
Guil. vt in sum. con. eo. ti. q. 28. B tūc pe
tenda ē dispēsatio ab epo loci si ꝯmode po'
test haberi: alr a pprio sacerdote. A Ho
sti. dicit: ꝙ in ista dispensatione nō suffic̄ li
centia simplicis sacerdotis etiā ex iusta cau
sa: nisi sūma necessitas imineat ꝙ ad epz si
ne periculo haberi nō possit recursus. Et ē
causa sufficiens ad dispensandū: vt dicit: in
firmitas nāe debilitas: ciboꝝ caristia seu pe
nuria: paupertas: peregrinatio: labor ꝛ pro
tractio nimia mense: vt pz in seruiētib⁹ mē
sis nobilium: ꝛ huiuscemodi: vt in dicta. q.
28. B Utrum ieiunia possint redimi.
R° fm Inno. Ieiunia ecclesie non possunt
redimi nisi causa vel necessitas subsit: sz ie'
iunia voluntaria possunt etiam sine vlla
causa redimi. A scilicz que subsit in ieiu
nante dūmodo als sit vtile fm eundez: vt i
sum. con. eo. ti. q. 29. vbi etiā pz ꝙ hoc casu
ista redemptio faciēda est auctoritate super
ioris. B ꝛ intermitti. A De ista intermis'
sione non dicit Inno. vt patz in dicta. 29. q2
vt puto ipse loquitur de voluntarijs respcū
originis: seu necessarijs respectu executio'
nis forte ratione voti. Ideo dicit ꝙ ad hāc
redemptionem necessaria est auctoritas su
perioris. Sz bene credo ꝙ si ieiuniuz adeo
esset voluntarium ꝙ ad illud nullo modo
quis obligaretur ꝙ posset intermitti. B
Ieiunia autē que in penitētia imponūtur
redimi possunt auctoritate superioris. A
dum tamē ex iusta causa ꝛ discrete fz Ray.
ꝛ in sum. con. li°. 3°. ti. 34. q. 133. B extra
de voto. c. fi. A potius in. c. p°. vt pz intu'
enti. ꝛ etiam in dicta. q. 29. B ꝛ dis. 82. p'
sbyter. in fi. Si de ieiunio fuit votum quo'
modo possit redimi vel mutari: vide infra
votum 5°. per totum.
Utrum ieiuniū factum in mortali prosit
R° fm Al. quantū ad vitā eternā non pro'
dest: sz tñ valet pcipue ꝗtum ad tria. s. obe
dientiā mandati ad qd qs tenetur siue ob'
ligante ecclesia: siue ꝯfessore pñiam iniūgē'
te. Itē q2 ꝗtū ad castitatē ieiuniū optie dis'
ponit. 3° q2 magis ꝯfinē diuine gratie facit
A Idem in sū. cō. eo. ti. q. 34. B Ad qd
valent bona opera ex̄ charitatē facta: hēs
ē. charitas. §. fi. A potius. §. plt. B
Utꝝ ieiunās teneatur dare in elymas qd
sibi restat. A .i. quod per abstinentiam re
seruatur: iuxta illud Greg. Hoc quod tibi
per ieiunium subtrahis alteri largire. B
R n° fm Al. non. Sancti vero qui videntur
dicere ꝙ sic: intelligunt de consilio vel in di'
uitibus q viderint fratrē suum necessitatez
habere. A q2 tunc si claudunt viscera ab
eo in ꝟitate in charitate nō ieiunāt. i. Ioh.
3°. fm eundē Al. ꝛ in sum. con. li°. p°. ti. 12. q
vlt. B Ieiunium quatuor comitari debēt
fm Ray. s. largitas: Hiero⁹: Qd māduca
turus eras si non ieiunares da pauperibus
vt ieiunium tuū sit saturitas aie: nō masur'
pij lucrum. Item leticia: Matth. 6°. Cum
ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes
Item hora competens. i. Reg. 14° Iona'
thas q preuenerat horam adiudicatus est
morti. Item mensura: Aug⁹. Mēs auida
te ciborum laxata perdit orationis ꝟtutez.
De diuersis intentionibus ieiunantiuz
nota ꝟsum: Abstinet eger egens cupidus
gula simia ꝟtus. Abstinet eger: q2 non po
test comedere: vel ppter medicinā. Egens.
q2 non habet qd comedat. Cupidus: ne ex
pendat. Gula. i. gulosus: vt postea auidius
comedat. Simia. i. hypocrita: vt laudetur.
Uirtus. i. ꝟtuosus vt mereatur.

Ignorantia

Utrum sit pec
catuz. Rndeo
fm Tho. p^a 2^e. q. 76. Ignorantia
eorum que quis tenetur scire. s. sine quibus

non potest debitum actum exercere pecca-
tum ē ꝓpter negligentiam. Omnes autem
tenētur scire cōiter ea que sunt fidei ⁊ vniuē
salia iuris precepta. Singuli autez ea q̄ ad
eoꝝ statum vel officium spectāt. Sȝ ignorā
tia. s. ꝙ qs nesciat ea que scire non pōt cuz
non sit ex volūtate nostra non est peccatuȝ.
Silr non est etiam peccatū ignorantia eoꝝ
que qs lȝ posset scire: non tm̄ tenetur sic theo
remata geometrie. A .i. regulas a theoro
ras. quod est videre ꝑm Catho. B aut q̄
dam contingentia particularia. A Idez
in sū. cō li°. 3°. ti. 32. q. 16. B. vbi dicitur etiā
quomodo nulla ignorantia inuincibilis est
peccatū: ⁊ ꝙ ignorantia inuincibilis dicit q̄
studio superari non pōt: ⁊ ꝙ qn̄ ignorantia
est peccatuȝ ignorans non semp est i pecca
to. s. actuali: sed solū quando est temp9 acq
rendi scientiā quā habere tenetur ꝑm eun.
Tho. Qd pōt intelligi nisi intentio ꝯtinua
esset obliq̄ s. negligendi necessaria scire. B

Ignorantia facti non iuris excusat: ex-
tra de regul. iur. ignorantia. libro. 6°. H9
dicti intentionem tene vt in sequenti. §.

Utrum ignorantia excuset a peccato.
R°. ꝑm Guil. duplex est ignorantia: q̄dam
est iuris: vt si nescit futurum esse peccatuȝ.
Quedam est facti: vt si nescit hanc rē quaȝ
accepit esse alienam: sed putat suam. Igno-
rantia autem iuris aut omnino est inuinci-
bilis ⁊ inuoluntaria: vt qȝ. s. aliquis sin̄ cul-
pa sua scire non potest: sicut in infantib9 vel
amentibus a natiuitate: ⁊ tunc excusat a to-
to. Et eodem mō si aliquis de aliquo casu
dubitans consuluit ꝑitos a qbus tm̄ habu-
it alr q̄ꝫ ꝟitas se haberet excusatur ꝓpter ta-
lem ignorātiā: nā in se fecit quod potuit. Si
ꝟo in hanc inuincibilē ignorantiā incidit
culpa sua: tūc aut hoc fuit ꝑ opus licitū: vt si
per vigilias vel abstinentiam deuenit ad a
mentiam: ⁊ tunc excusatur a toto: etiā si fer
uoris excessus peccatū veniale fuerit: aut fu
it per opus illicitum: ⁊ tunc dicūt qdā ꝙ ex
cusatur a tanto: lȝ non a toto: ar. dis. 50. sepe
15. q. 1. § sed hoc. Quidam autem dicūt ꝙ
peccatū sequens excusatur a toto si nullum
habet vsum rationis. Et hoc ꝓbabili9 ⁊ ve-
rius. 15. q. 1. aliquos. ⁊ c. sequenti. A Se
cundum canones omnib9 talib9 si liberati
fuerint est penitētia imponenda: sed leuior
q̄ꝫ si sani tale qd cōmisissent. 15. q. 1. siquis i
saniens. Et hoc fit ad cautelam: vt in sum.
con. con. eo. ti. q. 17. vbi etiā dicitur ꝑm glo.
Ray. ꝙ habentibus vsuȝ rationis quo ad
ea sine qbus non est salus: nulla ignorātia
est inuincibilis simplr ⁊ omnino: qȝ si non
inueniret hominē a quo doceretur: vnctio
doceret eum nisi staret per ipsum. B Si
ꝟo ignorantia iuris sit vincibilis ⁊ volūta
ria: tunc si fuerit affectata in nullo excusat: i
mo est speciale peccatū. Si ꝟo nō fuit affe
ctata sed solum qȝ neglexit addiscere: excu-
sat a tanto: sed nō a toto. Hec de ignorātia
iuris. A Idem in dicta. q. 17. Tamen sci
endū ꝙ hoc intelligendum est ꝑm modum
negligentie: vt tanto minor sit excusatio q̄n
to maior fuerit in addiscendo negligentia i
tm̄ vt lata negligentia equipararetur dolo: vt
ff. deposi. l. ꝙ nerua. ⁊ de consti. vt animaꝝ
lib°. 6°. B Si vero sit ignorantia facti: hec
potest esse duplex. Nam vel ignorantia ē cā
agendi: ita ꝙ si sciret illam circunstantiam
que trahit in peccatum non faceret ⁊ se fe-
cisse dolet: ⁊ hec excusat a toto: si tamen de-
bita diligentia premissa fuit: que si premis-
sa non fuit: excusat solum a tanto. A ⁊ qn̄
q̄ꝫ a nullo: videlȝ si ignorantia fuerit crassa
⁊ supina: dicto. c. vt animaruȝ. B vel ig°
rantia est comitans actum. s. ꝙ etiam si sci-
ret circunstantiam peccati: nihilominus fa
ceret: ⁊ hec non excusat. Con. ꝑdictis Pe.
⁊ Tho. in scripto: ⁊ in prima scđe. q. 76. A
Idem in sum. con. eo. ti. dicta. q. 17. B
Utrum per ignorantiam excusetur qs a sta
tutis ordinarioꝝ habes. ĩ. lex §. 5°. ⁊. s̄.
excōmunicatio ꝑ°. §. 6°. Et vtruȝ excusetur
scholaris qui tenet sui doctoris opinionez
vide. ĩ. opinio.

Ignorantia crassa ⁊ supina dicit ꝑ me-
taphorā hominis crassi ⁊ supini q non vi-
det etiā ea que coraȝ eo sūt. A vel qȝ talis
est largus ⁊ distentus: ⁊ sic h9i ignorantia
magna ⁊ lata. B sicut q publica ⁊ manife
sta dicit se ignorare cui non facile creditur
16. dis. quod dicitis.

Illegitimus Illegitime na
ti multipliciter
sunt. Nam alius dicitur mancer: il
le ꝓprie qui natus est de scorto. Alius spu-
rius vel noth9 q de adultera. A In sum.
con. lib°. 3°. ti. 19. q. 1. dicitur ꝑm glo. Ray.
ꝙ spurius dicitur natus ex concubina pro
spurcitia incontinētie. Nothus ꝟo nat9 de
adultera. Uidetur. n. filius esse de matrimo

nso: cuz non sit: sicut ⁊ notas febres dicim⁹
que vere quartane ⁊ huiusmodi videntur ⁊
nõ sunt. Sed veritas est ꝙ ex adulterio na
tus dicitur etiam spuri⁹: vt in. c. tanta. ex̄ q
fi. sint le. B Alius naturalis qui de soluto
⁊ soluta: ⁊ tales omnes ꝓhibentur ordina-
ri: q꞉ per antiquam legem mãceres ꝓhibi-
ti sunt intrare templũ dei. A vsq꞉ in deci-
mam generationẽ. Similiter ⁊ spurij: in. c.
ꝑ venerabilem. de quo. s. ⁊ in dicta. q. i. B
Deut°. 23°. ex̄ d ele. inotuit. ⁊ ex̄ q fi. sint le.
ꝑ venerabilez. in fi. Ca aũt ꝓhibitionis tri
plex est. s. dignitas clerical' q̃ h⁹ i vilib⁹ ꝯfer
ri nõ dz: ex̄ de excel. ꝓla. inter dilectos. Itẽ
detestatio pãni criminis: ex̄ de hereti. vergẽ
tis. Itẽ ꝙ tales filij solent esse imitatores pã
ni sceleris. 6. q. i. siqs cũ militibus. ⁊ di. 56.
si gens. In secularibus tñ dignitatibus ta-
les non semper ꝓhibent nr. ff. de decu. l. spu
rij. ⁊ l. maialiter. §. spurios. A Et in hoc
§. pz ꝙ si iste illegitimus hẽat cõpetitorẽ le
gitime natũ ei prefertur in officio dignitat꞉.
Et supradicta oia hñtur in sũ. cõ. dicta. q. i.
sm Ray. Hosti. ⁊ Goff. B Quid si
illegitimi per ignorantiã ꝓmoti fuerint. R°
sm Hosti. in hoc casu sm oẽs ꝓbabil' ig°-
rantia excusat: ar. C. de testa. l. i. ff. de offi. ꝑ-
to. l. 3. Ipse xo si veritatem nouit in ꝯspcũ
dei cecidit q̃tũcunq꞉ occultũ sit: ex̄ de tẽp.
or. c. fi. Si nihil scit excusat⁹ est. A Idem
in sum. con. eo. ti. q. i. B Sz nunqd
filius dz credere xbis matris cuius fili⁹ sit.
R° sz Hostien. prima facie credendũ ẽ ma
tri: ex̄ de ꝓba. per tuas. ⁊ de presum. afferte
⁊. c. literas. §. p°. verũtñ nõ cogit̃ credẽ: ar.
C. de testa. l. nec ꝓfessio. A cũ ipe fuẽit cõi
ter habit⁹ ꝓ legitimo: vt pz in sũ. cõ. dcã. q.
i. B Si tñ hz ꝯsciam impetret dispẽsatõ
nem q in h° casu satis facile obtineri debet.
Quid de filijs sacerdotũ quos suscepit
de legitima vxore ante sacrum ordinem.
Rndeo sm Ray. tales de iure cõmuni ꝓ-
moueri possũt ad oẽs ordines ⁊ dignitates
nisi in illa ecclesia in qua patres eoꝝ imedi
ate fuerunt prelati vel canonici vbi nõ pos-
sunt canonicari vel promoueri. A Uez
est ad easdem dignitates ⁊ prebẽdas quas
patres eorum tenuerunt. Ad alias aũt etiã
in eadem ecclesia poterunt ⁊ canonicari et
ꝓmoueri: sicut dicit expresse Ray. vt in sũ.
con. eo. ti. q. 6. etiam viuentib⁹ eorum patri
bus: ⁊ in eadez ecclesia in suo officio manẽ
tibus: extra de fil. ꝑsby. ad hec. ⁊ pz in iuri-
bus q̃ sequuntur. B extra eo. ad hec. ⁊. c
ad extirpandas. ⁊. c. ad abolendã. Et de ta-
libus põt intelligi. 56. dis. §. sz hoc. Id Ho
sti. Ber. ⁊ Goff. Et addit Goff. No ꝙ cuz
pater habuerit personatum vel vicariam ꝑ
petuam in aliqua ecclia filius imediate ipz
vel ipsam habere nõ põt: ex̄ eo. qm. ⁊. c. ad
extirpandas. Item si pater habuerit ꝑsona
tum filius non potest habere vicariam nec
econuerso: extra eo. Michael. ⁊. c. ꝯstitut⁹.
A Istud econuerso intelligitur ꝙ si pr̃ ha-
buit vicariã perpetuã fili⁹ imediate ꝑsonatũ
habere nõ potest: vt in dicto. c. ꝯstitutus. Et
ẽ ratio: q꞉ perpetuus vicari⁹ curam hz eccle
sie cuius vicari⁹ existit: ex̄ de of. vica. ex ꝑte
sm eundem Goff. vt in dicta. q. 6. B Qd
si filius dispensatiue succedat patri: frat isti⁹
bene poterit postea succedere patri: vt põit
Hosti. q꞉ in hoc non succedit patri imme-
diate. Sed secus si primo habuisset ipsam
ecclesiam solum de facto. A . s. prim⁹ fra
ter: q꞉ tunc secundus non poterit succedere
vt pz in sum. con. eo. ti. q. 9. B Porro ad
nepotes hec prohibitio non extenditur: vt
Ray. ponit. Idem Goff. ⁊ Hosti. A Id
in summ. con. eo. ti. q. 8. B Pone ꝙ
aliquis hñs vxorẽ ea viuente fit sacerdos: ⁊
postea ex ea generat filiũ: nũquid ẽ legitim⁹
Rndeo sm Hosti. Si vir factus ẽ sacerdos
ignorante vel inuita vxore: filius non indi
get dispensatione 27. dis. si vir. extra de con
uer. coniu. quidam. ⁊. c. placuit. Sz si vxor
consensit ꝙ vir ordinaretur vel sciens non
contradixit: tunc filius illegitimus est ⁊ dis
pensatione indiget: extra eo. literas. 77. di.
episcopus. 32. di. seriatim. in fi ar. 54. di. si.
seruus. 25 q. 2. agathois. Inn. Gof. ⁊ Ber.
videntur sentire ꝙ indistincte talis dispen
satione indiget. A Dic hoc clarius. Naz
vt pz in sum. con. eo. ti. q. xi. Ray. dixit sim
pliciter ꝙ talis filius est legitimus: maxie
si vxore contradicente vel ignorante vir fu
erit ordinatus. Goff. vero contra. s. ꝙ sit il-
legitimus. Et Inno. ⁊ Ber. sentiunt cum
Goff. Glo. vero Ray. dicit ꝙ iste est legiti
mus quo ad successionem hereditatis non
quo ad ordines: ⁊ ecclesiastica beneficia.
Hostien. vero hos doctores concordan-
do distinguit vt supra: ⁊ eius distinctio sa-
tis etiam consonat iuribus allegatis in qui
bus clare constat qui nec per religionem

nec per ordinationem pōt vir separari ab
vxore inuita vel ignorante. B

Quid si nato aliquo de illegitimo coi-
tu postea pater cōtraxit cum matre. R̄ndeo
Si tempore ꝯceptus pater poterat eam hr̄e
in vxorem ⁊ postea ducit: legitimatus est fi
lius: ⁊ ad omnes actus legitimos admittet
A ⁊ etiam ad hereditatem ſm Ray. vt i sū.
con. eo. ti. q. 10. B etiam si post natiuitatē
filij mater nupserit alteri quo mortuo con-
traxit cum isto: vel ecōuerso pater duxit ali
am qua mortua duxit istam. Secus autē
si tempore conceptus non poterat esse ma-
trimonium inter ipsos: q2 tunc: lꝫ sublato i
pedimento duceret illam: non legitimatur
filius: ex̄ qui fi. sint le. tāta. i auc. qui. mo. na
effi. le. coll. 6. circa ꝑncipium. A Idē in
sum. con. dicta. q. x. ſm Ray. Goff. ⁊ Ho-
sti. ⁊ addit Ray. Quod dixi in ꝑmo casu le
gitimatum talem quo ad omnes actꝰ legiti
mos: videtur ꝙ fallat in episcopatu ad quē
non poterit talis promoueri absqꝫ dispē-
tione pape: vt pꝫ ſm vnam litterā: extra de
elec. innotuit. circa principium. Idem reci
tant Goff. ⁊ Hosti. sed magis approbāt ꝙ
talis dispensatione non indigeat etiam i hꝰ
casu: ⁊ hoc in fauorem prolis: extra qui. fi.
sint le. ex tenore. ⁊ qui ma. accu. possunt. vi
dentur in fine. B

Quis posset dispensare cum illegitimo
R̄ndeo: episcopus potest dispensare q̄tum
ad ordines minores: ⁊ beneficium sine cu-
ra: aliter non. nec ad dignitates aut persōa
tus nisi papa: extra eo. is qui. libº. 6º. A
Ibi etiam patet ꝙ etiam si per papam fue-
rit cum tali dispensatum vt possit beneficiū
curatum obtinere: intelligitur solum d̄ vno
B Quod si papa dispensationem obtinu
erit: ⁊ postea ipetrauit ꝙ duo aut plura be-
ficia cum cura possit habere: tacuit autē ꝑ
dictum defectum non valet secunda gratia
extra eo. si is cum quo. liº. 6º.

Que dispensatio est circa illegitimos.
R̄ndeo ſm Ray. Si tales intrant monaste
rium de iure cōi possūt promoueri ad om
nes ordines. 56. dis. §. ꝑº ex̄ eo. c. ꝑº. Religi
onis enim ingressus tollit irregularitatē sic
⁊ ingratitudinem. 19. q. vlt. non liceat. ad
prelationem tn̄ nō possunt promoueri abs-
qꝫ dispensatione: vt in dicto. c. ꝑº. A. s. pa
pe ſm quosdam: cum hodie illegitime na-
ti absqꝫ dispensatione sedis apostolice: nec
ad dignitatem: nec ad personatus: aut alia
beneficia curam habentia debeant admitti
ex̄ eo. nimis. Alij dicunt ꝙ cū talibus reli-
gionem ingressis possunt ep̄i dispensare ꝙ
possint promoueri in abbates: nō autē in
ep̄os. Et ad. c. nimis. dicunt ꝙ intelligit de
remanentibus in seculo: vt in sum. con. liº 3.
ti. 19º. q. 2. Sed certe in dicto. c. nimis. nec i
c. ꝑº. eo. ti. fit hec distinctio. Vn̄ nec nos di-
stinguere debemus. ff. de offi. ꝑsi. l. 3. ⁊ ex̄ d̄
deci. ad audientiam. Unde primū veriꝰ vi-
detur. B Si vero remanent in seculo: nec
ad ordinem nec ad ꝑlaturā ꝓn̄t absqꝫ dispē
satione promoueri: vt ibi dicitur. Sꝫ circa
eos qn̄qꝫ adhibetur dispensatio magna: vꝫ
vt ordinētur ⁊ institiantur in eccl̄ijs alijs a
paterna: dico si sunt filij ꝑsbyteri. Aliter ve
ro in quibuscūqꝫ ecclesijs: ar. ex̄ eo. ꝑn̄tiuꝫ
Maior: vt etiam in paterna: aliquo tn̄ me-
dio: vt extra eo. ex transmissa. Maxima vt
in paterna: nullo tn̄ medio: ex̄ eo. ex ina. A
Idem in sum. con. dicta. q. 2. B

Quid si cum illegitimo dispenset quo
ad ordines ⁊ beneficium ecclesiasticū. R̄nº.
Si ab episcopo facta sit dispensatio: nō ex
tenditur nisi ad ea que potest. s. vt in 7º. §. di
ctum est. Si vero a papa: poterit promoue
ri ad parochialem eccl̄iam non ad persona
tum vel rectoriam ad quam per electionē
procedi consueuit: ex̄ de preben. c. vlt. A
Idem in sū. con. eo. ti. q. 14. ſꝫ Ray. Gof.
⁊ Hosti. B

Utrum legitimatus quo ad actus eccle
siasticos sit per hoc legitimatus ad actꝰ se-
culares. R̄ndeo. De hoc sunt multe opinio
nes. Probabilior tn̄ videtur opinio Inn.
dicētis: ꝙ q legitimatus fuit ab aliquo ꝑn-
cipe seculari: vel ciuitate: intelligitur legitia
tus quo ad omnes actus seculares in terri
q̄ legitimanti subsint: gnetiā in alijs terris
qº ad secularia nisi sint alia que essēt i alteri
us ꝑiudicium. Nam nec in alijs terris suc-
cedet ab intestato: q2 sic auferentur bona he
redibus defuncti. Sꝫ talis non intelligitur
legitimatus ad ordines: q2 hoc non est de
iurisditione iudicis laici. Si vero legitima-
tus fuit ab episcopo inquantum potuit: scꝫ
quo ad minores ordines ⁊ beneficia sin̄ cu
ra etiam in alia diocesi poterit promoueri
ad predicta: q2 hoc est de iurisditione eccl̄ia
stica ⁊ in nullius preiudicium: ⁊ multo ma
gis si papa. Sed talis non est legitimatus

quo ad actus seculares: nisi in terris q tpa
liter pape subsunt. Satis con. Ber. eẍ q. fi.
sint le. per venerabilē. A Jn sum. con. co.
ti. q. 15. diuersa super his dicta ponūtur. Et
domin⁹ Anto. de Bu. super dicto. c. p vene
rabilem. latius ⁊ clari⁹ ꝓdicta tangit sic: ꝙ
quedaꝫ ē legitimatio plenissima p quā tele
tur fundamētū vitij a quo surgit differētia
legitimationis ⁊ illegitimationis: ⁊ hāc so
lus papa facere potest: qꝛ solus disponē po
test super matrimonio. Quedā est legitima
tio plenioꝛ que itegrat ad iura primeue na
ture nō disponēdo in vitiū: ⁊ hanc potest ⁊
papa ⁊ imperatoꝛ ꝫ illa que ad eos spectāt
Quedā est plena vt dispensatio cū eo in ali
quo effectu legitimationis non ex toto inte
grando: adhuc illā possunt vtriqꝫ. Adde ⁊
etiā inferioꝛes: vt potest colligi ex ꝓdictis.
Sequitur: His visis si queraẗ an papa pos
sit legitimare in terris imperij: dico sic. Aut
papa vult disponere in matrimoniuꝫ ⁊ ꝑlē
futurā: ⁊ nō dubito ꝙ potest etiā in terris i
perij: qꝛ suū principaliter ē disponere ꝺ ma
trimonio. Et sic intelligo q̄ dicunt Jo. an. ⁊
Hosti. Jdeo oēs filij q ꝑducūtur hodie de
matrimonio vltra quartū gradum etiaꝫ in
terris imperij sūt legitimi: ⁊ oēs etiā q nati
sunt ex pupilla ⁊ tutoꝛe: ⁊ ex cōtrahabenti
b⁹ sine cōsensu patris: ⁊ ex rectoꝛe ꝓuincie
cū subiecta. Aut papa vult legitimare dispo
nēdo in radicē matrimonij quo ad ꝑlē iaꝫ
ꝑditam: ⁊ tunc dico ꝙ in oibus casib⁹ in q
bus legitimare pōt disponēdo in radicem
matrimonij ꝙ in oibus illis casib⁹ pōt legi
timare in terris imperij: si tū legitimat inci
piendo a radice matrimonij: ⁊ in oibus ca
sibus in qbus nō potest: vel nō vult dispen
sare incipiendo a radice matrimonij: in oi
bus illis legitimat quo ad terras suas ⁊ nō
imperij. Videam⁹ ergo qn̄ potest incipien
do a radice matrimonij. Jdeo si vult dispo
nere legitimādo natū de rapto cōsensu ma
trimoniali inter parētes: ⁊ nō video ꝙ pos
sit. Nam non posset facere ꝙ esset matrimo
niū absqꝫ cōsensu cū sit naturaliter de essen
tia illius: lꝫ possit fingere consensum stante
dubio: extra de spō. is qui Et si dicaẗ: pri
ceps fingit consensū vbi non est: vt. l. i. C. de
rei vxo. acti. dico ꝙ illud in positiuis ⁊ non
in sacramētalibus. Nā talia sacramentalia
habent formam facti naturalem: ⁊ exigunt
veram essentiā consensus: in quibus nō vi

deo ꝙ papa aliquid possit. Ubi. n. ꝑ forma
veritas exigitur fictio nō operatur. Cō. Jo
an. Aut vult legitimare ꝑductos ex matri
monio quo ad formam suā essentiato: iuali
de tū ꝓpter resistentiā iuris: ⁊ si resistētia es
set iuris ciuilis: qꝛ ad ipsū nō spectat ꝺ ma
trimonio: dico ꝙ posset legitimare: qꝫ hec
fictio posset trahi retro cū non haberet ali
quod principium resistens quod validum
esset: q̄nimmo ex quo solū ius ciuile resiste
ret: filij ab ipso ꝓncipio essēt legitimi. Aut
matrimoniū validū quo ad formam rudē
extrinsecā: habebat impedimentū canoni
cū vel diuinum: non facio inter ista differē
tiā ħ. Et adhuc nō credo ꝙ posset legitima
re disponendo in radicem matrimonij: qꝫ
ex quo matrimoniū habuit resistentiā iuris
ciuilis est impossibile ꝙ fictio operetur re
surgendo matrimonium vt retro: quia de
ficit in extremo a quo. ꝫ. eo. tanta. ff. ꝺ sena.
l. paulus. als. l. senatoꝛes. Un̄ credo ꝙ hec
legitimatio non valeret vt trahens radiceꝫ
a matrimonio: sed bene potest valere vt le
gitimationis collatura de nouo. Quando
vero disponit in radicem matrimonij: aut ꝓ
les ē pꝛodita ex matrimonio quo an ius ca
nonicum resistat matrimonio vel legitima
tioni pꝛolis potest esse dubitatio pꝛobabi
lis. Et dico ꝙ hoc casu potest legitimare di
sponendo in matrimoniū: ⁊ declarando le
gitimitatem ꝓpter dubiuꝫ matrimonij qḋ
est ei subiectum: ⁊ ad euitandā perplexitatē
stante dubio: ⁊ qꝛ ex quo non habet claram
resistentiā iuris potest retro trahi fictio ad
principium legitimatiōis. ⁊ qꝛ pꝛopter du
bium ꝓbabile casus est suppositus pape vt
de grauioꝛibus: vt pꝫ in hac decre. per ve
nerabilem. ꝟ. rōnibus igitur ⁊c̄. et sic pen
dente dubio ⁊ ꝗdiu latet impedimentum
videmus ꝙ papa ex coloꝛe matrimonij au
ctoꝛitate ecclie ꝑlem legitimat: ꝺ clā. de spō.
cum inhibitio. ⁊ ꝫ. eo. peruenit. ⁊ vbilibet.
Unde hoc casu legitimat etiam in terris im
perij: qꝛ disponit in radiceꝫ matrimonij ad
hoc. ꝫ. eo tanta. Nam nulli dubium ꝙ legi
timatio que fit ex illo casu ex solo matrimo
nio ēt dempta quacunqꝫ solēnitate dotaliū
instrumentoꝛum quam requirit lex habili
litat ⁊ ꝑlem legitimat: etiā in terris imperij
Et sic de facto consului Mutine. Quando
qꝫ papa intendit legitimare solum conferē
do iura legitimitatis nō disponendo in ra

dicez matrimonij: vel q2 nõ vult: vel q2 non
potest: quod patz ex predictis: ⁊ tunc clarũ
est ꝙ in terris ecclie potest legitimare: vt h
v. rõnibus igitur. ⁊c. q2 in istis exercet iu-
ra imperij. Aut vult legitimare in terri imp-
perij: ⁊ tunc aut vult legitimare sibi suppo-
situm vel supponẽdum ratione clericatus: q
eo ꝙ se legitimat ꝓpter clericatũ dicitur cle
ricus saltem mẽte: iuxta nõ. de trãsac. ex lit-
teris. Et dico ꝙ potest: ⁊ eo legitimato secu
to clericatu legitimus est quo ad tẽporalia
⁊ spiritualia ⁊ quo ad oĩa: vt pz ex vna alle
gatione hic. Nec obuiat ꝙ ex hoc preiudi-
cetur nõ supposito: nec dicatur ꝙ sit legiti-
mus ⁊ illegitim⁹ quasi monstꝝ. Aut vult le-
gitimare nõ suppositũ nec supponẽdũ õ ꝓ
ximo. Et tunc aut vult legitimare cũ ꝯsensu
illius qui superiorẽ non recognoscit: ⁊ sic ẽ
in quasi possessione libertatis. Et talis põt
legitimari: vt h. v. rõnibus. Aut in terris
illius qui superiorem recognoscit: vt impe-
ratorez. ⁊ casus videtur h. v. rationib⁹. ꝙ
non possit: q2 hec que sunt supremi imperij
vt legitimare nõ possunt fieri sine ꝯsensu su
perioris: vt vult hec decre. que nõ est alibi i
hoc. Et hoc ꝙ papa nõ legitimet in terri im
perij quo ad bona tpalia tenent Bar. ⁊ Cy
Sed si vis tenere ꝙ hec ptãs sit ꝓrogabilis
in habentẽ similẽ ptãtem sicut dicim⁹ i his
que sunt meri imperij: vt dixi de fo. cõpe. c.
si diligenti. credo ꝙ nõ posset facere papa
istam legitimationẽ circa sbiectuz iperio: ni
si vbi cõsentirent omnes quib⁹ ꝑiudicatur:
q2 talis iurisditio nõ põt ꝓrogari ad preiu-
dicium eoꝝ. Et hoc tenet Jo. an. dicens: ꝙ
papa hoc in terris ecclie põt libere. i. sñ ali
cuius cõtradictione. In terris vo subiecti
imperio non põt qn contradicere possit is
cui fit preiudicium non in spe sed in re. i. q
iam possidet hereditatẽ. Secus si soluz spe
ret. Unde ꝯm Hostiẽ. solo patre requirente
dum viuit potest fieri legitimatio: eolantez
mortuo ꝯsentientibus illis qbus iam dela
ta est hereditas: alis non: ⁊ quo ad feudalia
consentiente domino feudi: nõ obstãte con
tradictione habentium spem tñ. Sed tamẽ
in eorum preiudiciũ fieri non debet sine cã.
Ideo in dubio si fiat alio non expresso non
attenditur ad preiudiciũ agnatorum spem
habentium nisi ꝯsentiant vel papa aliud ex
ꝑmat. Circa imperatorẽ vo subdit: ꝙ aut i-
tendit legitimare disponendo super matri-
monio ⁊ incipiendo a radice. Et dico ꝙ nõ
potest: q2 hoc est solius pape. Et sic leges q̃
dicũt ꝙ ex matrimonio subsecuto legitimã
tur filij: nisi fuissent approbate per canones
nõ credo ꝙ valerent. Et per hoc pz ꝙ non
potest facere plenissimam legitimationez q̃
vitium deleat originale. Aut vult legitima-
re collatiue conferendo iura legitimitatis: ⁊
quo ad spiritualia credo ꝙ non possit. Jõ
puto ꝙ legitimatus ab imperatore nõ pos-
sit ordinari: nec beneficiari: nisi aliter dispẽ
setur. Et hoc tenent Joh. an. ⁊ Archi. Aut
vult legitimare quo ad temporalia ⁊ hono
res ⁊ hereditates. Et dico ꝙ potest in terris
imperij sicut ⁊ olim poterat. In terris autẽ
ecclesie an possit: dic: Aut legitimat legẽ na
turalem ꝯdendo. Et dico ꝙ virtus legis se
extendit ad existentes in terris ecclesie: non
ex vtute legis solum: sed ex generali appro
batione ecclesie: di. x. si in adiutorium. quã
facit canon: ex quo lex non repugnat cano-
ni quam papa approbare censetur: eo ꝙ ñ i
probat: vt dixi de iudi. nouit. Non puto ta
men ꝙ tales essent legitimati quo ad spũa-
lia ꝓpter naturam materie que nec directe
nec indirecte supposita est potestati laici.
Aut vult legitimare per rescriptuz: ⁊ credo
ꝙ non possit in terris ecclesie nisi eo modo
quo. s̃. dictum est papam posse in terris im
perij. Ibidez etiam tangit ꝙ imperator ꝓ
test legitimare: vt. s̃. dictũ est ẽt ante corona
tionem ꝯm Jaco. de harena. ⁊ Jo. an. Itẽ
dicit ꝙ habens potestatem legitimandi ab
imperio: potest vbi potest imperator ꝯm v
ba priuilegij: ⁊ vbi non potest: minus potest
habens ptãtem ab eo. Et similiter dico de
habentibus potestatẽ a papa. In habente
potestatem ab imperatore tenet Bar. in. l.
preses. ff. de offi. ꝓsi. ꝙ non possit legitima-
re in terris ecclesie: quia alius a proconsule
non potest extra prouinciam sibi decretam
iurisditionem etiam voluntariam exercere
Puto etiam inquit ꝙ habens potestatem
a papa vel a principe non possit legitimare
a preiudicium alterius: etiaz respectu spei:
q ales concessiones intelliguntur sine alio
r m preiudicio: de priuil. pastoralis. cuz si-
milibus. hec, ille qui etiaz ibidẽ multa alia
prosequitur de hac materia. B Quib⁹
autem modis illegitimus legitimetur: hẽs
. j. legitimus. §. 2. Et vtrum malicia paren-
tis debeat nocere illegitimo siue cuicunq

filio: habes supra filius. §.3. Ad materiam illegitimorum potest pertinere. s. filius. ⁊. j. legitimus.

Illicite acquisitum.

Quot modis dicitur illicite acquisitum: ⁊ quando restitui debeat vel in elemosynam dari possit: habes supra elemosyna primo. §. fi. ⁊. j. restitutio primo. §. antepe.

Immunitas. de immunitate seu emunitate ecclesie aut confugentiū ad ecclesiam: vide. s. emunitas pmo. ⁊. 2.

Impedimentum pmo communiter.

Circa impedimenta matrimonij primo agemus de impedimento in genere. Secundo de impedimento erroris persone. Tertio de impedimento conditionis. Quarto de impedimento voti. Quinto de impedimento cognationis carnalis. s. consanguinitatis. Sexto de impedimento cognationis spiritualis. s. compaternitatis. Septimo de cognatione legali. s. adoptionis. Octauo de impedimento criminis. Nono de dispari cultu. Decimo de violentia siue metu. Undecimo de impedimēto ordinis. Duodecimo de impedimēto ligationis ad aliam vxorem. Decimotertio de publice honestatis iusticia. Decimoq̄rto de affinitate. Decimoq̄nto de impotētia coeūdi. Decimosexto de matrimonio ɔcto ɔ interdictū ecclesie. Decioseptimo de impedimento feriarum. De p̄dictis impedimētis sunt v̄sus in q̄bus explicantur s̄m predictum ordinem sic: Error: ɔditio: votum: cognatio: crimen. Cultus: disp̄itas: vis: ordo: ligamē: honestas. Si sis affinis: si forte coire neq̄bis. Hec socianda vetant: ɔnubia iuncta retractant. Ecclie vetitum: necnō tēp⁹ feriaꝝ: Impediūt fieri: p̄mittūt fcā teneri

Que impediunt matrimonium iā contractum. R̄n. 13. sunt que impediunt non solum matrimonium contrahendum: s; etiā dirimunt contractum que ⁊ continentur i tribus primis versibus positis in proximo §. Et intelligas q̄ dirimunt contractum si p̄cesserunt matrimonium. Si autem superueniant post matrimoniū rite factum vt affinitas vel crimē ⁊ huiusmodi: nō dirimūt. A etiam si non sit subsecuta copula carnalis: vt in sum. con. libro. 4. ti. 3. q. 1. B p̄ter vnum votum. s. religionis cum effectu quando quis contracto quidem matrimonio: sed ante copulam carnalem religionē ingreditur: ex̄ de ɔuer. coniuga. vex. ⁊. c. ex parte. 2. A Ibi dicitur clare q̄ contracto matrimonio legitime per v̄ba de presenti: in nullo potest casu dissolui: etiam si vnus ɔhentium efficeretur hereticus: vt viuente reliquo alter ad secunda vota transmigret: nisi vnus religionem ingrediatur. A ⁊ de sponsa. cōmissum. expectari tamen debet vsq; ad p̄fessionem: vt ponit Tho. in. 4. di. 27. A. i. quousq; religioni etiam in genere sit saltem tacite obligatus: vt si nollit vitaȝ absolute mutare: infra quod tempus beneficium ingredientis non est alteri conferendum sine eius assensu: vt in. c. beneficium. de regula. li. 6. B Nam ante non dirimitur etiam s̄m Pe. Simile habes. j. votuȝ. 4. §. 5. in fi. Aduertendum q̄ per susceptionem sacri ordinis dirimitur: vt quidam dicere voluerunt: sed contrarium declaratuȝ est hodie in quadam extrauaganti Jo. 22. que incipit: Antique.

Que sunt illa que impediunt matrimonium contrahendum: sed tamen non dirimunt contractum. R̄ndeo pmo quidē duo sunt predicta in pmo. §. s. p̄hibitio ecclesie ⁊ tempus feriarum: de quibus dicitur ifra impedimentum. 16. ⁊ impedimentum. 17. Item sunt quedam crimina: de quibus habetur. j. impedimentum. 8. §. pmo. Itē impediunt matrimonium contrahendū sponsalia que sunt prius cum alia contracta: de quo. j. sponsalia. §. 8. Item impedit cathecismus qui precedit baptismum: vt habet. j. impedimentum. 6. §. 2. Iteȝ impedit votum simplex: de quo infra impedimentum 4. §. pmo. ⁊. 2.

Utrum aliqua consuetudo impediat matrimonium contrahendum vel dirimat contractum. R̄ndeo s̄m Hosti. Si consuetudo est approbata per papam ne matrimonium contrahatur: ⁊ vt contractum separetur certe impedit ⁊ dirimit: dico in quibuscunq; casibus hoc posset facere canonica constitutio: extra de cogna. spi. c. p̄mo. ⁊. c. super eo. extra de consan. ⁊ affi. q̄d dilectio. Nam approbatio pape habȝ vim constitutionis. Sed si consuetudo non sit per ipsum approbata nec reprobata: tunc ad euitandum scandalum quod forte

sequeretur faciendo cõtra eã impedit ꝯhẽdũ: sʒ nõ dirimit ꝯctũ. Idẽ Ber. ꝛ. Inno. A Idez in sum. cõ. co. ti. q. 2. B Quid agendũ qñ doctores discordãt circa impedimentũ matrimonij. R̃n. ẜm Hosti. Ubicunqꝫ doctores per glosas suas dicũt solui matrimoniũ: si non indicãt ius expressum ꝯtrarium dicenti adhereas: ex̃ de testi. lʒ ex q̃dam. in fi. A Idem in sum. con. co. ti. q. 3 B Quid si ecclesia precipiat alicui cõiugũ cohabitare cũ altero: ꝛ ille cui precipitur sciat esse impedimentũ. R̃ndeo ẜʒ Hug In hoc casu quantũ ad reddendũ debituʒ nõ tenetur obedire: tñ in cohabitatione et necessariorũ exhibitione obedire debet ꝛ nõ negare ei cui de facto se copulauit. A Nã obedire debet inquantum potest sine peccato: vt in. c. inquisitioni extra de sen. exco. B

Quõ ante matrimoniũ sit inquirendum an sit aliquod impedimentũ. R̃n. Debẽt bãna publice in ecclesijs per presbyteros ꝓponi vt infra cõpetentẽ terminũ quod sit impedimentũ ꝓponat: ꝛ si apparuerit ꝓbabilis cõiectura cõtra copulã futurã interdicatur expresse donec ꝯstet quid fieri debeat: alr̃ si cõtraherent sine bãnis aut post ꝓhibitiones ꝛ extiterit impedimentũ: vtputa gradus ꝓhibitus tunc filij dicentur illegitimi: ꝛ non excusabũtur ꝓpter ignorantiã parentũ. Sacerdos quoqꝫ qui tales coniunctiones ꝓhibere ꝯtempserit: vel regularis q interesse p̃sũpserit: ꝑ triẽnium ab officio suspendatur Qui vero falsum impedimẽtũ maliciose obiecerit: canonicã non effugiet vltionẽ: ex̃ de clã. despon. cũ inhibitio. In aliquibꝰ vero locis non fiũt hec bãna sed solũ ꝯhũtur sponsalia solẽniter ꝛ publice multũ añ matrimoniũ ꝛ interim potest manifestari an sit impedimentum. De matrimonio quod fit sine bannis ꝛ clandestine aliquid habes. ĩ. legitimus. §. ꝓmo. ꝛ. s̃. debitum. §. fi.

Quid si aliqs audit perpetuũ impedimẽtũ eẽ inter se ꝛ vxorez: nunqd tenetur inquirere. R̃ndeo ẜm Guil. Si admittit a fidedignis ꝛ non suspectis cũ non debeat esse intelligens sue saluti: tenetur inquirere veritatem: aliter esset affectata ignorantia q̃ nõ excusat: ꝛ si concipiat ꝓbabilem opinionez in dicto alicuius nõ debet exigere debituʒ: sʒ reddere teneatur. A Idem in sum. cõ. li. 4. ti. 21 q. 2. B Secus si ita inuenerit veritatem qꝫ esse impedimentũ haberet ꝓ constanti: tunc n. nec exigere nec reddere debʒ. A facit ex̃ de sen. exco. inquisitioni. B

gularitatẽ ꝯheret quotiens celebraret: nec
etiã talis imo nec aliquis est iudicãdꝰ irre-
gularis nisi inq̃ꝫtum inuenit iure expressũ
extra de sen.ex. is qui li.6. A Et in hoc
casu videtur expressum. nã oĩs irregularis
est suspensus: vt statim sequitur: ⁊ notat in
sũ.con.li.3.ti.29.q.3.circa fi. Et oĩs suspen
sus vtens ordine a quo ẽ suspensus incur-
rit irregularitatẽ etiã papalem: extra de sẽ.
ex.cum medicinalis li.6. Nam videtur ꝙ
lꝫ iam fuerit irregularis tamen possit nouũ
vinculum irregularitatꝭ incurrere: ita ꝙ ab
solutus ab vno remanet ligatus in alio: sicut
⁊ d̃ excõicato hĩ ⁊ notatur extra de sen.ex
cõi.c.cũ pro cã.⁊.c.officiĩ. Al' sequeretur ꝙ
si irregularis cõmitteret homicidiũ: non in
curreret nouam irregularitatem contra id
quod habetur.50.di.siquis viduam. B
Sed tamen omnis irregularitas siue con-
tingat ex peccato siue non: impedit ordinis
executionem: q2 non exequi debet quis an
teq̃ꝫ dispensetur

Utrum celebrans in peccato mortali fiat
irregularis. ꝶn. ꝑm Inn. ⁊ Hosti. lꝫ omis
qui est in peccato mortali dicatur eẽ suspen
sus quo ad se.s. q2 non dꝫ celebrare: nõ tñ
si celebret incurrit ꝓpter hoc irregularitatẽ
nec post pñiam indiget dispensatione: ni-
si sit notoriũ: ex̃ de tẽp. or. quesitũ. A Naz
notorius peccator etiã post pñiam non hꝫ
ordinis executionẽ nisi dispensetur per epi
scopũ, in casibus pape spãlr nõ reseruatis:
dũmõ ante dispẽsationẽ nõ celebrauerit di
uina: alr nõ posset dispensari nisi per papã
ꝑm Hosti. ⁊ nõtur in sũ.con.dicta.q.3. ad
fi B et eodẽ mõ dicendũ de quocunq̃ꝫ q
celebrat solũ post simplicem prohibitionẽ
A facit dictum.c.quesitum. ⁊ quod notat
in dicta.q.3. B

Utrũ clericus in minoribꝰ exñs si ex
cõicatus legat eplãm sine solẽnitate fiat ir-
regularis. ꝶn. sꝫ Guil. Credo ꝙ nõ: tũ q2
sine solẽnitate hoc facit: tũ etiam q2 a laicis
q̃nq̃ꝫ legũtur eple de cõsuetudine: tum q2
etiam in illis.c.xi.q.3.siquis eps. ꝑmo ⁊ 2°
nõ fit intentio nisi de epo pr̃bro ⁊ diacono
Immo ẽt si sacerdos vel diaconus talr sine
solẽnitate legat eplãz: ñ credo ipꝫ pp hoc i
currere irregularitatẽ: cũ pene non sint ex
tendende sed restringende. A Idẽ in sũ.
con.li.3.ti.29.q.7. B

Utrum clericus qui in excõicatione cum so
lẽnitate ministrat fiat irregularis. ꝶn. ꝑm
Guil. Si est in minoribꝰ: credo ꝙ non cũ
duo capla. xj.q.3.siquis epus.i.⁊.2. nõ lo-
quantur de eis sed de epo pr̃bro ⁊ diaco-
nos d̃ qbus si mistrent in suis officiĩs nõ ẽ
dubiũ q2 irregulares efficiũtur: extra d̃ cle.
ex.mi. latores. et idẽ intelligo de subdiaco
no: cum hodie in multis parificetur diaco
no: extra de eta. et quali. a multis. A .i.
computetur inter ordines sacros vt ibi: q°
vero ad ordines minores dicit idẽ Guil.
ꝙ et si clericus hoc casu incurrat irregula-
ritatem putat ꝙ episcopus posset dispen-
sare cum hoc non inueniatur ei ꝓhibitum
Sed Hosti. sentit ꝙ talis oĩo incurrat irre
gularitatez: per.c.cũ medicinalis: extra de
sen.ex.li.6. vt in sũ.cõ.eo.ti.q.8. ⁊ sic sentit
ꝙ non possit dispensari nisi per papaz. Sic
enim loquitur dictũ.c.cũ medicinalis. Re
cipiens autem ordines etiam minores in
maiori excõicatione incurrit irregularita-
tem indispensabilem nisi per papam: vt in
c.cum illorũ de sen.ex. vbi non distinguit
inter ordines maiores ⁊ minores: sꝫ guil.
du. ⁊ notatur in dicta.q.8. Recipiens autẽ
ordines in minori excõicatione non incur
rit irregularitatem ꝑm glo. Ray. cum non
sit expressum: addens ꝙ talis siue sit irregu
laris: siue non: potest per episcopuz dispẽ
sari: cum non sit ei inhibitum: vt in sum.
con.eo.ti.q.9. B Utrum excõicatꝰ baptiçã-
do fiat irregularis habetur. §. excommuni
catio ꝑmo circa fi.

IRonia

Utrũ ironia.s.cũ quis minora dicit de se sit
peccatum ⁊ quale. ꝶn. ꝑm Tho. 2ª
2e.q.iij. Miora d̃ se dicẽ põt ꝯtigẽ duplr:
Uno modo salua veritate dum.s. aliqs ma
iora que sunt in eo reticet: ⁊ quedam miora

ꝓfert ⁊ hoc nõ pertinet ad ironiã: nec ẽ pec
catũ ſm genus ſuũ. Alio mõ dicit qs mi
nora declinãdo a ṽitate: puta cũ aſſerit de
ſe aliqd vile qđ in ſe nõ recognoſcit: aut cũ
negat aliqd magnũ qđ tñ ꝑcipit in ſeipſo eſ
ſe: ⁊ ſic pertinet ad ironiã: ⁊ ẽ ſemꝑ peccatũ
Nulla. n. cã mẽtiendũ eſt. 22. q. 2. cũ humi
litatis cã mentiris, ſi non eras peccator mẽ
tiendo efficieris.

Ironia ſm phm qñqꝫ iactãtia ẽ quod
Tho. vbi. ſ. ſic exponit dicens: ꝙ duplex ẽ
excellẽtia. Una in tꝑalibus: alia in ſpũali
bus. Cõtingit aũt qñqꝫ ꝙ aliq ꝑ exteriora
ſigna ⁊ per ṽba ꝓtendũt quidẽ defectũ in
exterioribꝫ rebꝫ: puta ꝑ aliquã veſtẽ abie
ctã: ſed per hoc ipſm intendũt oſtentare ali
quã excellentiã ſpũalem. Unde ſimul ĩcur
rũt viciũ ironie ⁊ iactantie: de qua dictum
eſt, ſ. iactantia.

Istrio vide ſupra hiſtrio in lit
tera. h.

Iudeus Primo cõiter iudei
dicũt q legẽ Moſaicã ad lrãm te
nent: ſic dicti a noie ꝓncipalis tribꝫ. ſ. Jude
q ẽt ꝓus hebrei dicebãt ab heber: cuius fa
milia cultũ dei tenuit ceteris idolatria feda
tis. hec Ray. ⁊ Hoſt. A Idez in ſũ. con.
li. i. ti. 4. q. i. B

Quõ xp̄iani ſe debẽt hẽre circa iudeos
R. ſꝫ Ray. non debẽt cũ eis comedẽ aut
eos ad cõuiuia nec cũ eis cohitare. A Jđ
dicũt Ray. Lau. Jo. Jnn. ⁊ Goff. ẽt đ ſa
racenis: qr ⁊ illi hodie iudaiçãt. Uñ eadem
ẽ cã ꝓhibitõis. Euntes tñ ad predicandũ
ſaracenis: cibis eoꝝ vti pñ ſm tꝑa licitꝫ: dũ
mõ non de his q̃ fuerũt idolis immolata.
In extrema tñ neceſſitate vti pñt idolotico
dũmõ non in venerationẽ idoli: vt in ſum.
con. e. ti. q. 5. B Itẽ infirmi xp̄iani nõ de
bent in ſuis infirmitatibus vocare iudeos:
nec ab eis recipe medicias: nec ſe cũ eis in
eiſdem balneis balneare. 28. q. i. nullus. et
c. oẽs. Itẽ non debẽt ꝑmitti inter xp̄ianos
hẽre officia publica: ne occaſionẽ habeant
ſeuiendi: di. 54. nulla. 17. q. 4. ꝯſtituit. Qđ
ſi iudeus talia officia receperit: đbꝫ ei nega
ri xp̄ianorum cõio: donec quicquid acce
perit rõne officij ſm prouidentiam dioceſa
ni conuertatur in vſus pauperuꝫ. A . ſ.
xp̄ianoꝝ: vt in. c cum ſit. extra eo. B et
ipſe officium dimittat, ſ. cum pudore quod

irreuerẽter aſſumpſit. Et idem etiam obti
net in paganis dicto. c. cum ſit. Dicit tamẽ
Hoſtien. ꝙ lꝫ iudeus in publicis officijs
poni non poſſit: poteſt tamen dñs redditꝰ
ſuos iudeo vendere: deputato cuſtode xp̄i
ano honeſto ⁊ nõ ſuſpecto: a quo iudei red
ditus accipiant: ita ꝙ per hoc xp̄iani ⁊ cle
rici a iudeis non grauentur: extra eo. ex ſpe
ciali. ⁊ notatur in. d. q. 5. B et intelligitur
ſm Tho. quo ad dignitates de nouo acqui
ſitas: ſecus de dominio preexiſtenti: quia il
lud qñqꝫ tolerat eccleſia propter ſcandalũ
vitandum: lꝫ ordinaria auctoritate tolle
re poſſit ſicut tollit in ſeruis. A . ſ. xp̄ianiſ
vel qui volunt fieri xp̄iani a qbus tollit ius
ſeruitutis reſpectu iudeorum: vt in. c. ſi. ex
tra eo. et quicquid hic dicatur tex. prealle
gati generaliter prohibent officia publica
iudeis et paganis: cum nimis ſit abſurdũ
vt blaſphemus xp̄i in xp̄ianos vim ptãtis
exerceat. d. c. cum ſit. nec tolerantia eccleſie
excuſat quod de ſe illicitum eſt. 4. di. deniqꝫ. ⁊ ibi glo. ſuper verbo venia. B Item
nullꝰ poteſt iudeorum congregationi ſeu
alicui iudeo vel pagano aliquid relinque
re in teſtamento: et ſi fecerit etiam poſt mor
tem iudicabitur anathema: extra de hereti
ſiquis ep̄s. 24. q. 2. ſane. 2. A Hoſti. dicit
ꝙ vniuerſitati iudeorum legari non poteſt
C. e. l. i. ſed ſingulis forte ſic ſm Aço. Sed
clerico non licet etiam ſi iudeus frater eius
ſit: tamen eos paſcere licet: vt in. d. q. 5. B
et videtur intelligendum ſꝫ Gnil niſi lega
ret ad ſuccurrendum neceſſitati. A Idẽ
Guil. dicit: vt pꝫ in prefata. q. 5. Credo ꝙ
ſiue ſit clericus ſiue laicus ſi daret vel lega
ret aliquid talibus: ⁊ maxime conſanguine
is non ad ditandum: ſed ad ſuccurrendũ
extreme vel multum arte neceſſitati non eſ
ſet puniendus. Dictum tamen Hoſti. vide
tur probabilius per dictum. c. ſiqs ep̄s. B
Item non debet iudeis permitti nouas exi
gere ſynagogas: ſed antiquas reficere: dũ
tamen non ampliores vel precioſiores ſoli
to. Ritus autem et ſolẽnitates ſuas ſunt ꝑ
mittendi ſeruare: extra eo. iudei. ⁊. c. conſu
luit. Item in diebus lamentationis ⁊ domi
nice paſſionis non debẽt in publicum ꝓdi
re: extra eo. in nonnullis. A forte idem
eſſet ſi ecclia limitaret pro aliquo cõi infor
tunio xp̄ianitatis ſm gl. Ray. ⁊ in dicta. q
5. B Quin etiam in die paraſceue no

debent habere ostia uel fenestras apertas ex͂ eo. quia super his. Item cogendi sunt ta lem habitum cõtinue deferre ꝙ manifeste ab alijs distinguantur: ex͂ eo. in nonnullis Item cogendi sunt ad decimas: vt. s. deci me 2°. §. 2. Itẽ cogendi sunt xpianos testes recipere cõtra se: sed iudeus nõ potest ferre testimonium cõtra xpianum: ex͂ de testi. iu dei. A Ibi dicit primum: scd'z notatur i glo. B. Iudeis permittit agẽ ꝛ conuenire apud iudices nr̃os: sed nõ apud seniores eoruz. Arbitrũ ẽt possunt eligere iudeum cuius sniam ordinarius exeq̃tur. C. eo. ti. iudei romano. Item in sabbatis suis ñ de bẽt trahi ad iudicia: nec ipsi alios trahere sz nec in alijs festiuitatib' suis debẽt turba ri. A. nisi in locis suis fecerint signum xpi vl aliud i cõtẽptũ xpiane legi: vt. C. e. l. i iu deos. B. nec sepulchra eoruz obẽtu forte pecunie effodi: vt. C. eo. ti. die sabbato. ex͂ eo. sicut iudei. §. 1. ꝛ 2. A. Nõ etiã ꝙ ꝛ si iu deorum vel saracenorũ filij vl' alij ad fidẽ cõuertantur debẽt hẽre portõem sue he reditatis: ex͂ eo. iudei. 2. ꝛ in dicta. q. 5. B. De iudeorũ seruis iudeis vel xpianis hẽt̃ j. iudeus. 2. per totum. Silr ꝛ de nutricib' infantium iudeorum.

Que sit pena participãtiũ cum iudeis contra casus nunc dictos. Rñ. fm Ray. Si sint clerici ꝛ admoniti satisfacere ꝛ emẽ dare nolunt debent priuari officio ꝛ benefi cio. Si laici sunt: vtputa principes q̃ nolũt exequi predicta: siue alij qui aliquod im pe dimentum afferunt. A. siue quicũq; alij contrafacientes: vt in iurib' allegatis B. ꝛ admoniti non satisfecerint debent excõ mũicari. 28. q. 1. nullus. Si vero sunt iudei tamdiu sunt xpiani ab illorum cõmunio ne ꝛ cõmercio separãdi sub pena excõmũi cationis donec illi emendauerint ꝛ satisfe cerint vt oportet: ex͂ eo. ꝛ si iudeos in fi. ꝛ ex tra de decimis de terris. ꝛ extra de vsur'. cũ tu. A. Melius eo. ti. post miserabilem. Quandoq; etiam puniuntur pena sangui nis ꝛ mortis: vt si impugnarent fidem xpi C. de iudeis. l. fi. vbi dicitur: Cernat iudeus bona sua proscripta mox pene sanguinis d̃ stinandus qui fidem alterius expugnaue rit peruersa doctrina. Item si impedier' i vo lentem conuerti. C. eo. l. iudeis. vbi dicitur Iudeis ꝛ maioribus eorum ꝛ patriarchis volumus intimari: ꝙ siquis post hãc legez aliquem qui eorum feralem effugerit sectã ꝛ ad dei cultum respexerit saxis vel alio fu roris genere: quod nunc fieri cognouimus ausus fuerit attentare: mox flammis deden dus est: ꝛ cum omnibus suis participibus concremandus. B

Quid fiet de iudeis vel alijs xp̃z blasphe mantibus. Rñ. fm Hosti. Omnis tal' fm leges decapitatur etiaz christianus. Unde principes seculares iudeos xp̃m blasphe mantes grauiter punire debent siue pena pecuniaria siue etiã grauiori: ex͂ eo. c. l. i nõ nullis in fi. A. Idẽ in su. con. eo. ti. q. 6. Sed i. c. nõnullis. aliud quo ad hoc ñ dĩ nisi ꝙ cõdigna aiaduersione debẽt cõpel li. Sz de pena pecuniaria dĩ in. c. statuim' ex͂ de maledi. vbi etiam nõt dñs An. de bu. ꝙ silr' etiã pncipes debẽt eos punire pena vltimi supplicij. i. morti. B. De xpiãis blas phemantib' vide. j. maledictio. An liceat xpianis cõicare cũ iudeis vel alijs infide libus hr̃. s. infidelis. §. 1. ꝛ p s. §. 2. Contra aũt xpianos qui fiũt iudei pcedẽdũ ẽ sicut ꝯtra hereticos: vt supra heretic' 2. §. 22°. q̃ incipit: Cõtra xpianos.

Utrũ liceat dñis terraruz exactõem fa cere in iudeos. R° fm Tho. in q̃dam litera ad ducissam Lothorigie: Quãuis sicut iu ra dicũt iudei merito sue culpe seruituti sint addicti: ꝛ sic eorũ res dñi possint accipere tanq; suas: ita tñ vt non subtrahãtur neces saria vite: quia tñ oportet nos ãbulare ho neste etiã ad eos q̃ foris sunt ne nomen dñi blasphemetur: hoc obseruãdum est vt exa ctõibus quas facere non consueuerunt. A idest non soluere: vl' consueuerunt facere. s. pdecessores dñorũ: vt pz p eũdem: ꝛ in sũ. con. eo. ti. q. 9. B. nullatenus pgrauẽtur: sz ad consueta cogi possunt.

Quid si iudei nihil habent nisi vsuras cui restituẽtur ea que male accepta fuerunt ab eis. R° fm Tho. in pdicta littera: Cum ea que iudei p vsurã extorserũt: nõ possint licite retinere: ꝯñs ẽ vt si vos illa ab eis reci peretis: nec vos licite retinere potestis: nisi forsitan essent talia q̃ a vobis vel añcessori bus vestris hacten' extorsissent. Siqua vo habẽt q̃ extorserunt ab alijs debent restituẽ illis quibus iudei tenebãtur restituere si in ueniuntur: alioqn in pios vsus fm cõsiliũ diocesani ꝛ aliorum pborum: vel in cõmu nem vtilitatem terre si necesse est: nec esset

illicitū si vos ď nouo exigeretis talia a iude
is seruata tamē consuetudine predecessoꝝ
vestroꝝ hac intentione vt in pios expendā
tur vsus. A Idem in sum. con. eo. tit. q.
10. Et ista consuetudo attendenda est i exa-
ctione: non autē in vsurarū restōne ad quā
precise ꝛ oio per ꝑncipes cōpelli debēt q̄-
cunqꝫ consuetudine non obstante: extra de
vsur. p⁹ miserabilē. ꝛ in cle. ex gui eo. ti. B

Utrū iudeus q nihil hꝫ preter vsuras
possit puniri pecuniariter. R° ſm Tho. vbi
s. dicēdū ꝙ expedit oēs pecuniariter puniri
ne ex sua iniquitate commodū reportent ꝛ
maiori pena ꝙꝫ quicunqꝫ alius non vsura-
rius in simili casu quanto pecunia que eis
aufertur minus ad eos pertinet. Pōt etiā
superaddi ꝛ alia pena ne ad penā sufficē vi
deatur ꝙ pecuniam alijs debitam desinūt
possidere: pecunia tñ pene nomine ab eis
ablata retineri non pōt: sed debet de ea fieri
sicut in precedenti. §. dictum ē. A Idem
in sum. con. eo. ti. q. xj. Et additur ſm eūdē
Si vero dicatur ꝙ ex hoc principes terraꝝ
dānificant: hoc damnū sibi imputent: vipo
te ex eoꝝ negligētia proueniens. Meli⁹. n.
eēt vt iudeos laborare ad ꝓprium victum
lucrandum compellerent ꝙꝫ vt ociose viuē
tes de solis vsuris ditentur: ꝛ sic eorū dñi
de suis redditibus fraudētur. Ita enim et
per suam culpam princeps defraudaretur
redditibus suis si ꝑmitteret subditos suos
ex suo latrocinio vel furto lucrari: tenēt. n.
restituere qcqd ab eis exigeret. B

Utrū liceat recipere donū vel preciū la
boris ꝛ huiusmodi a iudeis vsurarijs. R°
ſm Guil. si iudeus habꝫ aliquid aliud ꝙꝫ
vsuras: potest accipi ab eo. A verum ē nisi
si ipi vsurarij sunt nō soluēdo vel ex h° red
dant impotentes ad restituendum: vt infra
vsura. 6. § vtrū dona. de quo in se. §. B
Si vero nihil habet preter vsuras: tūc aut
recipiens certat de dāno suo vitando: ꝛ sic
accipiendo non peccat sicut qui a fure vel a
raptore dānificatus est: vtputa per incēdia
ꝛ huiusmodi nō peccaret si recuperaret ab
eo damnum suū: licet ipse fur vel raptor ni
hil haberet nisi qd̄ eēt quesitum ex furto vl'
rapina: dū tñ non reciperet pro dāno suo i
spe ipas res alienas. Addit Tho. in episto-
la ad ducissam dicens ꝙ si iudeus vltro cō
ferat pecuniam vel enceniuni: expedit reci
pere: vt pecunia sic recepta reddatur his q

bus de iure debetur seu alijs: vt dcm̄ ē. s. §.
8. A Idē in sū. con. li. 1. ti. 4. q. 12. B
Utrū dona et elemosyna data ab vsurario
possint recipi: vide. j. vsura p°. §. 12. qui inci
pit: vtrum dona.

Quid si iudei occupant totam aliquaꝫ
parochiam emendo que a xpianis solebāt
possideri: nunquid possit eccl'ia hac occasi
sione petere aliquid ab eis. R° petere pōt
ꝛ soluere tenentur decimas prediales ꝛ oēs
census siue prestationes siue oblationes re
ales quas xpiani de domibus ꝛ possessioni
bus soluere tenebātur: extra de vsuris quā
to. sed secus de decimis seu oblatōib⁹ ꝑso
nalibus vt dcm̄ ē. s. decime 2°. §. 2.

Azima iudeoꝝ in necessitate pñt emi ꝛ
ꝛ comedi ſm Guil. A Idem in sum con.
li. 3. ti. 33. q. 125. Sine necessitate autē h° ꝓ-
hibetur sub pena depositionis ꝙꝫtuꝫ ad cle-
ricos: ꝛ excōicatōis ꝙꝫtum ad laicos. 28. q
prima nullus. B Quō iudeus compella
tur restituere vsuras. j. vsura pmo. §. si.

Iudeus secundo

Quo ad ser uos ꝛ seruientes iudeis. Quid er-
go de seruo iudei si vult fieri xpian⁹. R° ſm
Ray. Si seru⁹ est vernaculus. i. de eius an-
cilla natus: ꝛ velit fieri xpianus statim eripi
tur in libertatē nullo precio dato. C. ď epi.
ꝛ cle. l. deo nobis. §. is ita. A Ibi dicitur
Iubemus vt nullus iudeus vel pagan⁹ vel
heretic⁹ xpianos seruos hēat ꝙ si inuenti i
tali reatu fuerint: sācimus seruos omibus
modis liberos esse. Ibi etiam dicitur ꝙ ser
ui iudeorum paganorum vel hereticoruꝫ q
voluerint ad catholicam fidem venire fo-
ueantur ꝛ defendantur per rectores spiritu
ales ꝛ temporales: ꝛ postqꝫ fuerint ecclesie
catholice associati omnibus modis liberi
remaneant: nec redigantur iterum in serui
tutem etiam si eorum domini postea ad fi-
dem catholicam conuertantur. Et subdit
Contēptores huius legis non soluꝫ pecūi-
aria mulcta: sed etiam capitis supplicio pu
nientur. B ꝛ ar. di. 54. fraternitatem. Is
si seruus fuit emptus qui erat xpianus: dis.
54. mancipia. vel eē volebat: qꝛ tales non li
cet iudeo emere vel in seruos tenere. Idem
si seruus emptus erat paganus: ꝛ fuit emp
tus causa seruiēdi: ꝛ tunc vult fieri xpian⁹
vt in dicto. c. fraternitatem. Item idem si

emit eum causa mercimonij: puta vt vende
ret euz alteri ⁊ non exposuit eum venalem i
fra tres menses: quia presumitur ꝙ ad ser-
uiendum emerit. Si vero exposuit eum ve-
nalem infra tres menses: ⁊ non steit per eũ
quo minus vendiderit: ⁊ ipse vult fieri xpi
anus infra illud spacium vel etiam post: li-
berabitur dato precio .12. solidorum ab ali
quo christiano: vt in .c. fraternitatē. ⁊ extra
e.c.1.⁊.2.⁊ vl. A in dicto .c. vl. sic dicit: Nl
li iudeo baptiçatũ vel baptiçari volētē eme
re liceat vel in suo seruitio retinere. Quod
si quem nondũ conuersum ad fidem causa
mercimonij emerit ⁊ postmodũ factus sit
vel fieri desideret xpianus datis pro eo .12.
solidis ab illius protinus seruitio subtraha
tur. Si autem infra tres menses ipm vena
lem non exposuit vel ad sibi seruiendũ emit
eundem nec ipse vendere: nec audeat alius
comparare: sed nullo dato precio perduca
tur ad premia libertatis. B Et erũt illi
12 solidi vsualis monete illius loci: ex. d ma
ledi. statuimus. A Alij dicunt cum qui
bus sentit Goff. ꝙ hic solidus capitur pro
aureo: vt in Insti. de pe. te. liti. §. fi. vbi nõt
glo. ꝙ in legibus capitur solidus p aureo
⁊ ꝙ .70. aurei faciunt librã auri. Alij dicũt
cum quibus sentit Ray. ꝙ capitur pro soli
do vsualis monete. ff. de lega. 3°. l. nummis
vbi dicitur ꝙ in legato nummorum in du
bio intelligitur minor moneta. Predicta
etiam notantur in sum. con. li. 1. ti. 4. q. 16.
ad fi. Et pro dicto Ray. facit. c. cum sint. ⁊
.c. odia. de regu. iur. li. 6. B Et hoc intel
lige nisi dominus eum volentem circũcide-
ret: vel alterius secte signaculum imprime
ret. A .s. cum diceret se velle xpianum fie
ri. d. q. 16. vbi etiam notantur hec. Et addi
tur sm Ray. ꝙ idem dicendum est p omia
de seruis saracenorum. Con. Lau. ⁊ Inn.
Idem enim vt dicunt periculuz est in vtris
ꝗ. Et quod dicitur ad Eph 6. ⁊ 1. Pe. 2.
Serui obedite dominis vestris carnalibus
dicunt intelligi debere sm statum primitiue
eccle. Sed Hosti. dicit ꝙ hoc debet intel-
ligi de his qui seruiunt in gleba ⁊ nõ domi
extra de censi. omnis. Melius facit extra
e.c.2. In dicta. q. 16. dicitur sz Ray. ꝙ ser-
ui hereticorum impune possunt dominos
relinquere ⁊ ad eccliam confugere. C. de he
reti. l. manicheos. B Tũc .n. ꝑpter iniu-
riam corporis sine precio liberabitur: dis.
54. nulla. Idem Goff.

Sed nunquid iste redemptus erit ser-
uus redimentis. Rndeo sm Ray. non: sed
erit liber. A .s. soluto precio. Per prius
autem remanet seruus qñ redemptus ē ad
seruiendũ: extra eo. c. 1. Et ad hoc fac. §. do-
minus. ſ. allatus. B Et restituet ei preciũ
ar. Insti. de noxa. acti. §. dñs. Et si non ha-
bet preciũ querat mendicando vel seruiat
ei tantũ ꝙ seruitium compensetur cũ pcio
⁊ postea eat quo vult: arg. 36. q. 6. de rapto
ribus. A Tempus seruiendi potest esse
de quinquennio ad instar ei⁹ q redēptus ē
ab hostibus: vt. l. fi. C. d postli. reuer. ...b ho
sti. vel erit ad ad arbitriũ boni viri sz Ray.
⁊ in sũ. con. eo. ti. q. 17. B Et hoc intelli-
ge nisi causa pietatis emptus fuerit: tũc enĩ
non tenetur aliquid reddere vel seruire: qa
qd pietate datur prohibet ius ne repetatur
⁊ sic dedisse presumitur nisi contrarium fue
rit protestatus. ff. de reli. ⁊ sump. fu. l. at sigl
§. sed interdum. A Ibi dicitur ꝙ quis p
testari debet de intentione sua: ne videatur
causa pietatis gratuite egisse sumptus fune
ris. Et ibi glo. dicit: Nota ꝙ attestatio pro
bat volũtatis nostre sniaz. Et pdest hoc no
tare in matrimonio cum quis primo pro-
testatus est se ñ desponsare cã mrimonij: sz
alia de causa. B Cõ. Gof. ⁊ Host.: A
Idem in dicta q. 17. B

Quid si nullus emptor apparet. Rñ° sm
Ber. Nihilominus erit liber: ⁊ ostiatim q̃
rat precium aut operas prestet: vt in prece
denti. §. dictum est. ff. de manumis. l. 4. A
Ibi dicitur ꝙ seruus redēptus suis nũmis
cõsequit libertatem. Et dicũt nummi sui: si
sũt ex aduenticio lucro siue ex donatõe ami
ci siue ex eius peculio: qd etiam ad venditi
onem pertinet. Et predicta notat glo. in. c.
1. extra eo. B

Quid si plures sint qui velint emẽ. Rn°
sm Goff. Epus loci eligat magis idoneuz
ff. de accu. l. si plures. vel si sun pares sufi
cet episcopus cui velit: ar. extra de iure pa-
tro. cum autem. Idem Hosti. A Idẽ in
sum. con. eo. ti. q. 18. B

Utrũ aliquo mõ licitũ sit xpianis ꝙ ser
uiant iudeis. Rndeo sm Hosti. Cũ ꝓhibi
sit ꝙ nullum mancipium xpianum serui-
at iudeis: multo minus xpiani liberi eis ser
uire debent. Non enim debent esse assidue
intra domum iudei: nz tãꝗ familia aut ob

tetrix. Al' si ipi xp̄ani ab eis discedere nolunt debēt excōicari: extra eo. iudei. ⁊ c. ad hoc. ⁊ c. 2. si iudeos. Si aūt iudei nolūt eos dimittere, ꝓhibetur iudeis cōmerciuz cum eis: vt in. d. c. ⁊ si iudeos in fi. Sȝ ex̄ domū possūt eis seruitia fieri. vnde pn̄t hr̄e xp̄ianos colonos: ex̄ e. multoꝝ. A Cō. Ray. vt in sū. con. eo. ti. q. 21. vbi ēt dr̄: Eadem teneas de saracenis. B

Utꝝ xp̄ianus possit emere vel hr̄e seruū iudeū. R̄ᵒ sȝ Ray. ⁊ Gof. sic ex̄ e. c. ⁊ si iudeos. 23. q. 8. dispar. n̄ tn̄ dȝ cū eo morari: ita ꝙ hēat eū tāꝗ̄ familiarē. 28. q. 1. c. sepe. ⁊ c. nullus. Et si voluerit fieri xp̄ianus non potest eum dominus ꝓhibere. 19. q. 2. due sunt. Idem Hostien. A Idem in sū. cō. eo. ti. q. 19. B

Sed nūquid iude⁹ q ē seruus xp̄iani si bapticet fiat liber. R̄ᵒ ƀm Ray. non: sȝ remanet seruus: q2 seruitus introducta est de iure diuino. 35. di. sexto die. ⁊ p ius gentiuȝ di. 1. ius gentiū. ⁊ iure canonico confirmata. 12. q. 2. ecclesiaꝝ. Con. Gof. ⁊ Hosti. Addit Ray. ꝙ vbi de bona consuetudine non solent xp̄iani eē serui: cōsulerem ꝙ in r̄missionē peccatorū dn̄s manumitteret eū: vel saltem de pecunia mendicata vel seruitio ad tp̄s prestito ƀm arbitriū boni viri redimeret se. 12. q. 2. cū redemptor. A Ideȝ in sum con. eo. ti. q. 20. B

IUdeus tertio de cōuersiōe iudeoꝝ

Ubi sciendū ꝙ iudei ⁊ ceteri infideles non debent ad fidem compelli asperitatibus: sed potius debēt induci auctoritatibus rationibus ⁊ dulcibus ꝟbis. Naȝ coacta seruitia non placēt deo. 45. dis. qui sincera. ⁊ c. de iudeis. Si tn̄ conditionalr coacti: puta p minas vel reꝝ suaꝝ ablationem vel per verbera ⁊ h⁹i baptismū susceperūt ⁊ postea recesserūt a fide compellendi sunt redire ne nomē dn̄i blasphemetur: ⁊ fides contēptibilis habeatur: vt in predicto. c. de iudeis. Si ꝟo fuerūt absolute coacti: vt si per violentiā in aquam mersi sūt non recipiunt baptismū: ex de baptis. maiores. Cō Tho. 2ª 2ᵉ. q. 10. ⁊ etiā Hosti. Addit Ray. ꝙ tales infideles possūt trahi mūeribus ⁊ ꝓmissis. Et intelligendū ƀm guil. non ꝙ liceat aliquid dare pro fide suscipienda: sed si aliquis infidelis timeret paupertatē si bapticaretur posset illud obstaculū ab eo tolli qui sciret eius propositū. De hac materia plenius infra munus. §. 2ᵒ. Possūt etiam ƀm Ray. induci per grauiorem exactionē pensionū faciendā in principio locatōis. 23. q. 4. dȝ hō. ⁊ q. 8. iā ꝟo. A Idē in sum. con. li. 1. ti. 4. q. 3. B

Utꝝ pueri iudeoꝝ ⁊ infideliū inuitis parentibus sint bapticandi. R̄ᵒ ƀm Tho. 2ª 2ᵉ q. 10. Non lȝ: sed qn̄ ad annos discretionis ꝑuenerint possunt fidē suscipere etiā parentibus inuitis. A Idē in sū. con. e. li. ti. 4. q. 4. B Cō. Guil. dicēs ꝙ nec licȝ nutricibus occulte bapticare puulos iudeoruȝ si tn̄ in articulo mortis paruulorū hoc facerent non credo ꝙ peccarent.

Quid fiet de possessionibus ⁊ bonis iudeoꝝ: ⁊ aliorū infideliū ad fidē conuersorū. R̄ᵒ ƀm Ray. Non debēt ab eis excludi: extra eo. iudei. 2ᵒ nisi sint vsuraria vel de vsura empta: q2 vendenda ⁊ restituenda sūt illis a quibus sūt accepta vel heredibus eorū. Q̄d si nō inuenuīt poterūt sic conuersis tāꝗ̄ pauperibus per ep̄m assignari.

Que pena iudeoꝝ qui tēt͂āt subuertere bapticatos. R̄n. Debēt publicis flagellis ꝺputari. 28. q. 1. sepe. ita tn̄ ꝙ hec pena n̄ transeat in vindictā sanguinis: q2 talis pena relinquēda est brachio seculari. A nā ꝓpter subuersionē ꝑfatā vel similē ƀm leges irrogatur pena mortis: vt pȝ. s̄. iude⁹ pᵒ. §. 2. in additione. Flagellatio aūt irrogat ēt pro sola conuersatione. d. c. sepe. vbi dicitur: Sepe maloꝝ consortia etiam bonos corrumpunt. ⁊ ĵ. Quicunqȝ ergo amodo ex his q bapticati sunt infideliū cōsortia non vitauerint: ⁊ hi xp̄ianis donēt: ⁊ illi publicis cedibus deputentur. B

IUdicare potest intelligi dupl'r. Uno mō qn̄ aliqs videns opera ꝓximi de quibus dubium est quo animo fiūt iudicat ī peiorē ꝑtē: ⁊ ꝺ h⁹ dr̄. s̄. dubia. Alio modo dr̄ iudicare iudex qn̄ sn̄iā ꝓfert: et de hoc dicetur statim i. c. iudex. pᵒ. §. 3. ⁊ se.

IUdex primo cōll. Quātū sciam dȝ hr̄e iudex. R̄n. ƀm Ber. ex̄ ꝺ rescriptī scissitat⁹. dȝ eē peritus: nec querere ab aliꝭs qd eū loq oporteat: i auc. ꝺ iudi. i pn̄ coll. 6. ex̄ de ꝯsā. ⁊ affi. ex lr̄is in fi. Et tn̄ ēt si illitteratus sit ⁊ hēat ꝯsuetudinē ⁊ peritiam

iudicādi pōt ei cā cōmitti. C. de iudi. certi
iuris. sed iudex maxime ecclesiasticus esse
nō pōt nisi sit perit⁹ saltē mediocri iuris sci
entia: notat di. 20. c. i. A Idē in sū. cō. li. 2
ti. 5. q. 138. Sed certe vr̄ ꝙ qs possit eē iudex
ēt sine scia iuris dūmō hēat experientiam
cārū ex cōsuetudine nā dicta. l. certi iuris. n̄
distinguit inter iurisditionem ordinariā et
delegatā: ꝛ videt expresse hri in auc̄ ꝺ iudi.
in pn° coll. 6. ibi neqꝫ cāꝝ habentium expi
mentū ꝛc̄. vbi ēt pꝫ ꝙ administrantes impe-
ratori ꝛ hn̄tes dignitatē singuli pn̄t eē iudi
ces ordinarij ēt si nec sciam iuris nec expiē
tiā habeant cārū: sed debēt hr̄e peritos as
sessores vt ibi. B

Utrū quis possit super se cōstituere ex
traneū iudicē. Rn̄. laicus pōt constituere su
um iudicē oēm qui als iurisditioni preest
nō aliū. C. de iurisdi. om. iu. l. i. ꝛ. l. puatoꝝ.
Clerici vo non possunt in non suum iudi-
cem consentire: nisi sit persona ecclesiastica
ꝛ de consensu sui epi: extra de fo. compe. si-
gnificasti. nam ꝛ secularis iudex nullam in
eo potest habere iurisditōnem nec in crimi
nalibus nec in ciuilibus. C. de epi. et cleri.
auc̄. statuimus. A Ibi dr̄: Statuim⁹ au
tē vt nullus ecclesiasticam personam in cri
minali cā vel ciuili trahere ad iudicium se-
culare presumat ꝯ constitutiones impiales
ꝛ canonicas sanctiones. Qd̄ si fecerit actor
a iure suo cadat: iudicatūqꝫ nō teneat ꝛ iu
dex extūc sit iudicādi ptāte priuatus. San
cimus autē vt siq clericis vel personis eccle
siasticis iusticiam denegare presūpserint
tertio regsiti suā iurisditionē amittant: B
ꝛ extra de foro cōpe. seculares li. 6. nec cleri
cus pōt huic priuilegio renūciare: vt. j. re-
nūciatio. 3°. §. 3. Et hoc ipsū vide h̄. §. pe. et
j. sn̄ia. §. 6.

Utrū iudex possit aliquē iudicare sine
actore vel accusatore. Rn̄. ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q.
65. Cum iusticia non sit ad seipm sed ad al
terum: oportet ꝙ iudex vnus est actor ꝛ a-
lius reus. Unde in criminibus non potest
aliquem condēnare nisi hēat accusatorem
extra de accu. si legitim⁹. Nihilominus tn̄
interdū infamia hꝫ locū accusatoris: ex̄ de
accu. euidētia. ꝛ tūc ē pcedēdū ad inqsitio-
nem: vt. s̄. inquisitio. §. 2. ꝛ. 3.

Utrū iudex possit aliqd accipe a partibus
Rn̄. ſm Ray. Ordinarij iudices nō debent
petere aut recipere a partibus ēt expensas:
cū ppter iusticiā tenēdā hēant suas prouisi
ones. s. ne dū sūptus querit predo crasset:
di. 86 non satis. 25 q. i. militare in fi. Nec
credo ꝙ ēt sponte oblata dēat recipere ppt
suspitionē vitandā: ab alijs vero encenia
sponte oblata ac ēt moderata recipere pōt
di. 18. de eulogijs. ff. de offi. procō. solēt. A
Ibi dr̄: Non in totū encenijs abstinere de
bebit procōsul sed modū adijcere: vt neqꝫ
mō se in totū abstineat nec auare modū en
cenioꝝ excedat. Naꝫ valde inhumanū ē a
nemine recipere sed passim vilissimū: ꝛ per
oia auarrissimū. Hec etiā notāt in sū. con.
li. 2. ti. 5. q. 142. B Iudex etiā delegat⁹ ni
hil recipere pōt a ptib⁹ nisi forte esculentū
vel poculentū ex mera liberalitate oblatum
qd̄ paucis diebus cōsumi possit: vel nisi mo
deratas expensas cū ipm ppter cāꝫ sibi cō
missam cōtigerit ex̄ suū domiciliū profici
sci: ita ꝙ in ipsis expensis non excedat mo
dū: nec exigat plus ab vna pte q̄ȝ ab alia: ꝛ
ꝙ ppter expensas habendas nisi cā requi
rat occasionē pficiscendi non assumat: ꝛ si
litigantes fuerint notabiliter pauperes etiā
p expensis nihil exigat: extra de rescripti.
statutū. §. insup li. 6. Assessorē n̄ accipiat nisi
eo indigeat: alioquin de suo ppo tenet pui
dere ei. Sed si indigeat assumat neutri par
ti suspectū: et ei de cōpetenti salario mode-
rato ab eo faciat a partibus puideri. No-
tarios in cā sibi cōmissa ab immoderato sa
lario refrenet: nec cū eis nec cū assessore lu-
crū participetur: ꝛ si ꝯ hec reciperet ad resti
tutionē tenet ꝛ non pdest remissio. A .s.
eoꝝ quibus facienda est restō quin teneat
ad integrā restitutionē: vt in. c. de quo stati
B vt in. d. c. statutū. Silr dꝫ re renare nū
cios ꝛ officiales quoscunqꝫ.

Quid si iudex iniuste iudicauit. Rndeo
ſm Ray. Si scienter male iudicauit: pu-
ta timore: cupiditate: odio: amore: vel alia
quacunqꝫ cā: tenetur leso precise ad oē in-
teresse: nisi posset inducere illum p quo tu-
lit sn̄iam ad plenariā restitutionē. C. de pe.
iudi. l. vl. xi. q. 3. quattuor. Et ſm leges mul
tas alias penas debet sustinere. Debet eti
am preter restitutionem imponi ei peniten
tia tāq̄ȝ p grauissimo crimine. xi. q. 3. qcun
qꝫ. A hoc enim grauius est rapina sim-
plici: qr auctoritate diuina abutendo pter
iniuriam proximi deum inhonorat: ſꝫ Al.
ꝛ in sū. con. eo. ti. q. 137. B etiam si sit in-

dex ecclesiasticus. A Adhuc alr̃ multipl'r pu
nitur: vt. ĩ. iudex. 2°. §. 2. Si vero per igno
rātiā iniuste iudicauit: tenetur ſm leges le
so inq̄ʒtum bonū ⁊ equū videbitur religiōi
iudicantis. ff. de va. ⁊ extraor. cogni. l. viti.
In iudicio tñ anime tenetur: vt in ꝑmo ca
su si in culpa fuit. s. q: sciuit vel scire debuit
se insufficientē ⁊ iudicare talem cām presūp
sit. Et idē si erat sufficiens sed neglexit stu
dere ⁊ videre quod debuit. Mitius tamen
agendum cum isto est q̄ȝ cum illo qui sciē
ter fecit. Et addit h̄ Ul. q̄ si iste ignorās fu
it delegatus: ⁊ necessitate obediētie male iu
dicauit: sed tamen bona fide ⁊ de consilio
peritorū non tenetur. A tenetur autē ad
restitutionem si in petendo consiliū fuisset
negligens aut culpabilis ſm eundem Ul.
glo. Ray. in dicta q. 137. vbi etiam habet
qd̄ statim seqtur. B Et idē dicit Ray. si
talis iudex tulit iniquaʒ sñiam deceptus ꝑ
assessorem talem qui cōiter sufficiens puta
batur. A Ray. vt pȝ vbi. š. nō vr̃ loq̄ de
delegato tm̄ sȝ gnāl'r de omni iudice. B

Quid si iudex accepit pecuniaʒ vt ma
le iudicaret. R̄n° ſm Ray. non solum puni
tur vt. š. in precedenti §. dictum est q̄ scien
ter male iudicauit: sed etiam pecuniam sic
receptam tenetur restituere non ei qui dedit
cum turpiter dederit: sed ei in cuius iniuriā
recepit. i. q. i. iubemus. ⁊ ar. 17. q. 4. siqs in
atrio. ff. de calū. l. gnāliter. §. illud. A Idē
in sum. con. e. ti. q. 139. Et hoc verum in fo
ro iudiciali: secus in pn̄iali in quo nō succe
dit obligatio nisi ad solum interesse ⁊ non
ad penam nisi precesserit iudicialis sñia: al'
pena non debetur in foro pn̄ie: vt dicit glo.
12. q. 2. fraternitas. Hec etiā sentit gl. Ray.
vt pȝ in sū. con. e. ti. q. 140. Et vt ibi pȝ ſm
Ul. hoc casu dicendū ē d̄ hac pecunia ideʒ
qd̄ de alio turpi lucro. B

Quid si accepit pecuniā vt iudicaret:
vel etiam vt non male: sed bene iudicaret.
R̄ndeo ſm Ray. tenetur restituere ei qui d̄
dit. A nisi dedisset vt animum iudicis sb
spe recti inclinaret: ⁊ ita indirecte ⁊ tacite in
tendebat ip̄m corrūpere ſm eundem: vt in
dicta. q. 140. B q: cum ex officio suo te
netur gratis iudicare ⁊ bene turpiter accepit
⁊ crimē concussionis cōmisit. Et ideʒ dico
si ex aliqua cā oportebat eū non iudicare: ⁊
nihilominus vt non iudicaret accepit ali
quid. i. q. i. iubem⁹. ⁊. c. l. iulia. ⁊. c. venale

lis. A al' incipit vel: ⁊ sequitur immedia
te post. c. l. iulia B extra de simo. nemo.
Et Augustinus. xi. q. 3. non licet iudici ven
dere iustum iudicium: ⁊ si liceat aduocato
vendere iustum patrocinium et iuriscon
sulto iustum consilium. A Hoc habet
ea. q. c. non licet. Et predictis con. Ul. vt pȝ
in dicta. q. 139. ⁊. q. se. B

Quid si iudex tenetur ⁊ nullo mō vult
iudicare: ⁊ propter hoc amittit aliquis ius
suum. R̄n° ſm Ray. tenetur restituere totā
litē estiatōnē ei qui propt' hoc ē les⁹. 23. q. 2.
dn̄s. ⁊. q. 5. administratores. i auc. vt diffe iu.
§. pe. A Cō. Ul. vt in sū. cō. e. ti. q. 141. B

Utrū iudex possit penā reo totaliter re
laxare. R̄° ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 167. Duplici ra
tione impeditur iudex ne reū a pena absol
uere possit. primo quidem ex parte accusa
toris ad cuius ius qn̄q3 pertinet vt re⁹ pu
niatur: puta propter aliquam iniuriam in
ip̄m commissam: ⁊ h⁹i relaxatio non est in
arbitrio iudicis: q: tenetur vnicuiq3 ius su
um reddere. 2° modo impeditur ex p̄te rei
publice ad cuius bonū pertinet q̄ malefa
ctores puniantur. Sed tñ q̄ȝtum ad h° dif
ferentia est inter inferiores iudices ⁊ supre
mum. s. principem cui est plenarie potestas
publica commissa. Iudex. n. inferior ñ hȝ
ptātē absoluendi reū a pena ꝯ leges a supe
riore sibi imposita: sed princeps qui habet
plenā potestatem in republica poterit reuȝ
licite absoluere si hoc reipublice v derit ex
pedire ⁊ passus iniuriā noluerit remittere.
Hȝ tñ locū mia iudicis: put in se. §. dr̄ in fi.

Utr̄ iudex possit penā dimittere. R̄° ſm
Hostien. reo conuicto si in iure certa pena
īueniat illa īponi debet: al's arbitrio suo cō
mittitur. C. de vi pub. vel priua. l. seruos. in
fi. ⁊ extra de transac. c. vl. tamē in humani
orem partē dȝ semp declinare: ⁊ sic mitiga
re maxime cū cā subest: puta q: non ex ꝓ
posito sed casu culpa commissa fuit: vel q̄a
iniuria effectum non habuit: vel ꝓpter eta
tem puerilem aut etiam senilem ⁊ huiusmo
di: de quibus. ĩ. pena ꝑmo. §. 3. ⁊. 4. A be
ne facit ad hoc dictum. c. fi. de transac. B
Et intelligendū est ſm Tho. vbi. š. q̄ mise
ricordia iudicis habet locū solum in his q̄
eius arbitrio relinquūtur. circa que vide. ĩ.
pena p°. §. antepe. A Ad hoc videntur i
tendere que habentur in sum. con. eo. ti. q.
146. vbi etiam dicitur: In extraordinarijs

aũt tũc dicetur pena diminui vel augeri cũ dex non seruat id quod in talibus seruari consueuit. B

Utruꝫ iudex possit penã augere. R᷒ au gẽda ẽ pena aliqñ ad terrorẽ alioꝝ qui pro ni sũt ad culpam: qꝛ multis crassantibꝰ opꝰ est exẽplo. ff. de pe. l. aut facta. §. vlti. A Idem in dicta. q. 146. B

Utrũ liceat iudici iudicare ꝓpter ꝓba ta contra veritatem quã ipse nouit. R᷒n° ſm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 47. iudex in iudicando ma gis debet sequi legitima documenta per in strumenta et testes ⁊ alia hꝰi ꝙ id qđ ipse nouit tãꝙ priuata persona. Ex hac tamen priuata cognitõe põt iuuari vt districtiꝰ dis cutiat probationes inductas: vt possit earꝫ defectũ inuestigare. Quod si eas non põt de iure repellere: debet eas in iudicando se qui. Dicit etiam Tho. scđa scđe. q. 64. ꝙ si aliquis quem scit iudex innocentem falsis testibus conuincitur vt occidatur: si iudex nõ potest inuenire occasionẽ liberandi in noxium dꝫ eum ad superiorẽ mittere iudi candũ. Si aũt neqꝫ hoc põt ñ peccat ſꝫ al legata ferens sñiam: qꝛ ipse nõ occidit eũ: ſꝫ illi qui eũ asserũt nocẽtẽ. Cõ. Pe. ⁊ Ray. A Ul. ãt dicit: ꝙ ex quo iudex scit negocij ꝟitatẽ cũ suis circũstantijs: impossibile iu dicat quin aliquã viã iuris inueniat q̃ libe ret innoxium nisi sit ex imprudentia vel ne gligentia iudicis. Et posito ꝙ nullam viã inueniat per quã eũ liberare possit: nec acto rem: nec testes possit emolire ꝙ desistant a cã: debet ꝓtestari se ñ hꝛe ꝯsciam cõdẽnãdi eũ: qꝛ scit eũ innocentem: ⁊ hoc certis indi cijs ostendat probabile: ita ꝙ cõitas ñ scã dalizetur: ⁊ sic absoluat eum a suo iudicio potestatem relinquens eis vt deferant cri men ad superiorem si voluerint si agatur đ rebus siue de persona. Glo. aũt Ray. dicit ꝙ non videtur tutum ꝙ talis ad superiorẽ mittat: nec credit hoc faciendum esse: ſꝫ po tius deberet omnia mala tolerare ꝙ inno centem scienter ad mortẽ vel ad mutilatio nem condemnare: vel etiam exponere con demnandũ. Et dicit etiã ꝙ iudicẽ in hᵒ ca su cõdẽnãtẽ nõ auderet a peccato mortali excusare. Item dicit: Credo etiã ꝙ iudex i ferior qui scit ꝟitatẽ nõ dꝫ cõdẽnare inno centem etiã si precipiatur ei a superiore iu dice. Idẽ nõt Nico. de lyra: Exo. 23. Nec est ꝯ ex̃ de offi. de. pastoralis. vbi dicit ꝙ ordinarius debet exequi sñiam latam a de legato ad mandatum eius ꝗuis idem or dinarius sciat illam eẽ iniustam nisi possit obtinere ab eodẽ đ legato vt ab hoc onere absoluat: qꝛ loqtur ibi de ciuilibus cãis et ecclia̅sticis: vbi nullus cõdẽnatur ad mor tẽ: ⁊ ibi non ẽ tantũ periculũ sicut in casu ꝑ posito. Pro hoc optime facit. c. inqsitioni ex̃ de sen. ex. ad dcm̃ ẽt. c. pastoralis. potest dici ꝙ loqtur nõ in cognitione seu cõdena tione: sed in cãe executione: ⁊ circa ea q̃ nõ sunt tanti preiudicij. Et predicta notantur in sũ. con. e. ti. q. 149. B

Utrꝫ iudex laicus possit iudicare de cle rico. R᷒°. non potest: sed si eũ vocat debet ꝓ uari officio iudicandi. xi. q. i. insolita. A Melius videtur facere auc̃. statuimꝰ. de q̃ s. B Nec sñia valebit: ex̃ de iudi. at si cle ci. ⁊. c. cũ non ab homine. Sed etiã q eum vocari fecit debet amittere cãm. Intellige per sñiam: ⁊ dꝫ excõicari: vt in dicto. c. inso lita. Idẽ etiã ꝓꝫ. C. de epi. ⁊ cle. auc̃. statui mus. Et ſm Hosti. ex sola vocatione exqᵒ clericus tractus erit: aduersarius patiet ꝓ dictam penã. xi. q. 3. placuit. ex̃ de excel. pre la. graue. Iudex ꝟo nõ patiet ꝓdictã penã nisi iudicauerit: vl̓ forte solũ citra litis con testatione locus est pñie. A Certe videt ꝙ in his casibus ipo iure pena irroget: vt i dicta auc̃. statuimus. ⁊ ꝓꝫ. s̃. §. i. in additio ne. B De mã huius qõnis hẽs hic. s̃. §. 2. ⁊. s. sñia. §. 6.

Utrũ mister peccet exequẽdo sententias iudicũ ꝯ innocentem. R᷒ndeo ſꝫ Tho. scđa scđe. q. 64. in fi. Si sententia continet into lerabilem errorem: minister non debꝫ obe dire: alˀs excusarentur carnifices qui mar tyres occiderunt. Si autem non contineat manifestam iniusticiam non peccat precep tum exequendo: qꝛ ipse nõ hꝫ discutere sẽ tentiã superioris: nec ipse occidit: sed iudex cui ministeriũ adhibet. Et intelligit Ray. ꝙ si ipse minister sciat ꝙ condẽnatus inno cens est: non debet exequi mãdatum iudi cis: secus si dubitat: tunc enim excusat obe diendo. xi. q. 3. quid ergo. 23. q. i. quid cul patur. A Cõ. cũ Ray. Ul. vt in sũ. con. eo. ti. q. 150. ⁊ faciũt ad ea que dicta sũt. s̃. §. xi. in additione. B

Iudex secũdo de iudice ecclia̅stico

Et hꝰ aduertendum. ꝙ persona ecclia̅stica

pôt iudex eẽ ꝛ cãs ventilare ꝛ iudicare in
ter subditos in quibꝰ iurisditionẽ hꝫ ꝓ'
sertim clericos. xi. q. i. c. i. ꝛ. c. experientie
de fo. cõpe. ꝑ totũ. Et nisi ecclesiasticus ñ
pôt exercere iurisditionẽ nec hꝫ eã in cle'
ricũ: vt. s̃. iudex. ꝓ°. §. 2. nec clericus pôt
huic iuri renũciare. Et qd si de fcõ renũci'
et: hɀ. ĩ. renũciatio. 3°. §. 3. ꝛ. 4. De hac qõ
ne clare hẽs. s̃. iudex ꝓmo. §. pe.

Iudex ecclesiasticus. A ordiarius
siue delegatꝰ: vt in. c. cũ eĩm de quo. ĩ. B
q ꝯ iusticiã in grauamẽ alterius ꝑtis iudi'
cio gerꝫ facit ꝑ grãm vel ꝑ sordes: puta per
pecuniã: suspẽsus ẽ ꝑ annũ ab executiõe of
ficij: ꝛ dꝫ cõdẽnari ad estimationẽ litis ꝑti
quã lesit: ꝛ si suspẽsiõe durãte ingesserit se
diuinis fit irregularis: ꝛ nõ nisi ꝑ papã po
terit liberari: extra de sen. ꝛ re iudi. cũ eter
ni li. 6. Et adde h̄ qd hẽtur. ĩ. simonia. ꝓ°
§. 25. qui incipit: Quid si dat.

Nũqd ꝑtinet cognitio ad iudicẽ eccle
siasticũ si iudex laicus te. et malefactorem
qui dicit se clericum ꝛ petit remitti ad cu'
riã ecclesiasticã: vel ipsa curia petit eũ ꝛ ipse
iudex denegat. Rñ. ad iudicẽ ecclĩasticũ ꝑ
tiet cognoscẽ: qꝛ de re agit spũali siue eccle
siastica: sꝫ dꝫ vocari iudex secularis vel aliꝰ
cuius interest: ex̃ de sẽ. ex. si iudex li. 6.

Sed quõ ꝓcedit in dcã qõne. Rñ°. Si
notoriũ est ꝙ ille sit cleric ꝰ q tali ꝓuilegio
gaudere dẽat: statim absq3 alia cognitõne
dꝫ reddi. Qd si fama publica de hoc ẽ vel
ipse ꝓ clerico cõiter hẽbat: vel se prius nõ
gerebat pro laico: ꝛ deꝓhẽsus fuit cũ tõsu
ra ĩ habitu clericali: dꝫ ẽi reddi incõtinẽti
Non dico sine cãe cognitõe: sed ante cause
cognitionem de clericatu: ita tñ ꝙ ꝓbandi
necessitate non ipse sed aduersarius astrin
gat. Si vo añ deprehensionẽ ꝓ laico pu'
blice se gerebat ꝛ ꝓ tali cõiter hẽbat etiam
si ipe deprehẽsionis in clericali erat hitu:
nõ ẽ restituendꝰ quousq3 sidẽ fecerit d cle
ricatu: sꝫ tñ interiꝫ ꝯ eũ ꝓcessus iudicialis
quiescet: extra de sen. ex. si iudex li. 6.

Quicũq3 impediũt quin corã iudicibus
ecclesiasticis delegatis vel ordinarijs i cãis
q̃ ad eos ꝑtinẽt illi q ꝯquerũt possũt iustici
am obtinere: vel q̃cũq3 cõpelliit impetrato
res litꝝ vel alios recurrẽtes ad foꝝ ecclesia
sticũ in cãis q̃ de iure vel antiq̃ consuetudi
ne ad ipm pertinẽt ad desistendũ vel ad li
tigãdũ de eis in foro seculari grauando iu

dices ecclesiasticos: vel impetrantes vel li'
tigantes siue litigare volentes corã eos: vel
grauando propinquos ipsoꝝ: seu capiẽdo
res ecclesiasticas taliũ vl quocũq3 alio mõ
Itẽ q ad ꝓdcã darent auxiliũ consiliũ vel
fauorem: omnes tales ipso facto sunt excõ
municati: extra de de immu. ec. c. qm̃. li. 6.
A Et ibi additur ꝙ a dicta excõicatione
nullatenus absoluatur: nisi tã iudici cuius
cognitio fuerit impedita vel iurisditio v̾ ur
pata: q̃ꝫ ꝑti q̃ turbata fuerit in ꝓsecutione
sui iuris de iniuria: dãnis: expẽsis: ꝛ interesse
prius integre satisfecerint. B

Utꝝ iudex ecclĩasticꝰ possit iudicare de
subditis laicoꝝ principum ꝛ de ipsis prin'
cipibus. R° omnis xp̄ianus rõne peccati ef
ficitur de foro eccl̃ie: Hiere. ꝓmo: Ecce ꝯsti
tui te super gentes ꝛ regna ꝛc: extra de iu'
di. nouit Ideo si iudex laicus negligit face
re iusticiam de subditis pôt iudex ecclesia'
sticꝰ compellere illũ ad tenendũ iusticiam
vel supplere defectum eius cognoscendo d
cã: ꝛ sic de illius subditis iudicare: extra d
fo. compe. ex trãsmissa. ꝛ. c. licet. ꝛ. c. ex te'
nore. 23. q. 5. administratores. De papa ve
ro quõ possit in principes seculares: habet
ĩ. papa. § 4. prope fi. A Iste. §. incipit:
Quot sunt casus. Predicta etiã notant in
sum. con. li. i. ti. 5. q. 13. B Quando iu'
dex ecclesiasticus: puta ep̄s habet iurisditi
onem temporalem: quomodo exequatur
hɀ. s̃. ep̄us. § 7. A qui icipit: Ep̄s qui in
aliquo. ꝛ eti. § 9. B ꝛ supra homicidiuꝫ
2. §. 1.

Utrũ iudex ecclesiasticus possit iudica
re de infidelibus. Rñdeo fm Ray. Dire'
cte non iudicat de his que foris sunt. s. ali'
quas religionis regulas eis imponendo:
sed indirecte iudicat subtrahendo xp̄ianos
ab eoꝝ cõione: vt pꝫ de iudeis s̃. iudeꝰ ꝓ°
§. 4. Itẽ iudicat de his si loquũt ꝯ xp̄m: vt
ibidẽ. §. 5. Item si attentãt subuertere fide'
les. s̃. iudeus 3. § fi. A Breuiter iudicat
in omnibus ad defensionẽ fidei pertinẽti
bꝰ ac etiam ad delictoꝝ correctionẽ quo ad
infideles seu tpali iurisditiõi subiectos: ar.
C. de iudeis. l. iudei romano. B

IUdicium Quid est di'
cere cuꝫ debꝫ
procedi simpliciter sine strepitu
ꝛ figura iudicij. R° tñ ñ oꝫ ꝙ ne
cessario exigat libellꝰ vel litis ꝯtestatio. Pôt

etiā iudex procedere tempore feriarum ob necitates hoiuȝ inductaꝝ. Amputet dilationes q̄tū pōt: exceptōes: appellatōes ⁊ dilatōes frustratorias repellēdo: ptiuȝ aduocatoꝝ ⁊ ꝓcuratoruȝ iurgia repellat: refrenet mltitudinem testiū: sȝ ꝓbationes necīas ⁊ defensiones legitimas recipiat. Sȝ nō debēt ꝓpter hoc excludi citatiōes: iuramētū de calūnia vl' malicia vl de ꝟitate dicēda Est etiā in ipo litꝭ exordio petitio faciēda ꝑ pte agentis siue etiam rei si voluerit: ⁊ hoc in scriptis vel verbis mox redigenda in actis. Potest ēt iudex certum dieȝ ⁊ terminum affigere. A. s. sil' vtriqꝫ parti: vt in cle sepe. de qua. ī. B. ad dandum positōes ⁊ articlos: ⁊ ad exhibendū omnia acta ⁊ munimenta quibus ptes vti volunt in causa: nisi aliud de ptium volumtate ꝓcedat: eo sꝑ saluo ꝙ qn̄cūqꝫ fiēt remissio ꝓ testibus ꝓducendis possint ēt instra ꝓduci. A. assignatōe dicti termini nō obstāte: vt ibi. B. Itē iudex ex officio siue ad alterius partis instātiā pōt interogare quālibet ptē vbicūqꝫ eqtas suadebit. Itē pōt sn̄iaȝ ferre i scriptis citatis partibus: lȝ nō ꝑemptorie stando ⁊ sedendo: ⁊ si ei videbit ꝯclōne nō scā A ꝓūt ex petitione ⁊ ꝓbatꝭ ⁊ aliꝭ acutatis in cā fuerit faciendū: vt ibi. B Et si etiam in premissis casibus solēnis ordo iudiciꝭ in toto vel in pte n̄ ꝯdicētibꝰ ptibꝰ obſuet ualebit. Hec oīa in cle. sepe de ꝟbo. si.

Procedi pōt simplr ⁊ de plāo in cāis sup electōibꝰ postulatōibꝰ vel ꝓuisionibꝰ ⁊ sup personatibus canonicatibꝰ vel ꝓbendis ⁊ beneficiꝭ quibuscūqꝫ ⁊ sup decimis matrimoniꝭ ⁊ vsuris ⁊ ea tāgentibus: vt cle. dispendiosā ex̄ eo.

Quattuor modis peruertit hūanū iudiciū s. tiore: cupiditate: odio: ⁊ amore vn̄ ꝟsus: Quattuor ista timor odiū dilectio cēsus: Sepe solēt hominū rectos peruertere sensus. xi. q. 3. quattuor.

Mulieres ad iudiciū nō pn̄t euocari vel trahi cā testimoniꝭ vel alia quacūqꝫ cā q̄ in iure nō expmit. A. s. inuite: vt in. c. mulieres de quo. ī. B sȝ cū necīū fuerit testionīū earū fiat vt dī. ī. test ꝓ°. §. 3. al's est irritum qcqd fit: ex̄ eo. mulieres li. 6.

Mulieres religiose ꝓsertim quo dbēt sub clausura morari non vocēt ad iudiciuȝ ꝑsonalit ex q̄cūqꝫ cā ēt si velit. A Al' totū qd fit ꝯ ē irritū: ex̄. e. mulieres li. 6. B

Nō licet accusato in iudicio negare veritatē: vt. s̄. accusatꝰ. §. 2°. De iudicio ferri candentis ⁊ aq̄ bullientis: hēs. s̄. duellum §. pe. Utrū iudiciū vitādū sit ꝓpter scandalū: vide. ī. scādalū. §. antepe.

Iurare quid sit. R̄n. ſm Tho. scda scde. q. 79. iurare ē deū in testē inuocare: ⁊ ē actus latrie. Unde Hieroꝰ. sup Math. Qui iurat aut venerat aut diligit eū ꝑ quē iurat. A ſm Ray. ꝟo. ⁊ in sū. cō. li. i. ti. 9. q. i. Iuramētū est affirmatio de aliquo sacre rei attestatione firmata. B

Utrū liceat iurare per creaturas. R̄n. ſm Tho. vbi. s̄. iuramentū principalr refertur ad ipm deū cuius testimoniū inuocat Secūdario aūt assumūt alique creature n̄ ſm se: sed inq̄tū in eis diuina ꝟitas manifestatur: sicut iuramus per euāgeliū. i. ꝑ deum: cuius ꝟitas in euangelio manifestat: ⁊ per sanctos qui hanc ꝟitatem crediderūt ⁊ obseruauerunt. Alius est quoqꝫ modus iurandi per execrationē qn̄ inducit creatura aliq̄ in qua diuinum iudicium exerceat sicut solet quis iurare per caput suum aut per filiū ⁊ hꝰi. Qd aūt dn̄s prohibuit iurare ꝑ creaturas: vt patet Math. 5. intelligit prohibitum: ita ꝙ eis exhibeatur reuerentia diuina: sicut iudei per angelos et creaturas iurabant: vt ait Hierony. Et cōmō punit clicus iurās per creaturas. 22. q. 2. clericū. ⁊. c. siquis per capillum. A Cōcor. gl. Ray. vt in sū. con. e. ti. q. 6. B

Quid de his qui iurant per mēbra dei R̄n. si ē clericus dȝ deponi. si laicus anathematiçari. 22. q. i. siquis per capillū. Sȝ intelligendū vī qn̄ cū irreuerentia ⁊ quasi blasphemia iurāt. vnde subdit ibi: vl' alio mō blasphemia ꝯ deū vsus fuerit ⁊c. secꝰ vī si cū reuerentia: vt si per sanctū caput dei iurarēt: ⁊ hꝰi. A Glo. Ray. dicit hoc itelligendum esse qn̄ hī ex consuetudine. al's si aliqn̄ iurat per caput aut per oculos dei: aut per alia membra eius que in ceteris hominibus non censentur turpia vel inhonesta: non credo ꝙ peccet mortaliter. Ribaldos autem illos qui passim ⁊ assidue iurāt per membra dn̄i nō audeo a peccato mortali excusare: ⁊ credo blasphemiam eē qn̄ qs iurat per membra dn̄i que in aliꝭ hōibus reputantur inhonesta: vt in sum. con. eo. ti. q. 7. Tales enim ſm leges puniuntur

vltimo supplicio sil cũ sodomitis: in auc. vt non lux. ꝯ naturam coll. 6. B

Quid si qs ex impetu iurauit id qđ đ liberate non iurasset. Rñ. ſm guil. seruarˀ tenetˀ si licitũ ẽ. A Sufficit. n. ad hoc ꝙ sit obligatus ꝙ intẽderit deũ inducere in testẽ illius rei quã dixerat ſ3 eũdẽ: vt in sũ. cõ. e. ti. q. 10. B Utrũ vxor postꝙ ꝯfessa ẽ sacerdoti đ adulterio possit iurarˀ marito ꝙ ñ h3 culpã. Rñ. ſm Guil. potiꝰ d3 q̃libet mala tolerare ꝙ̃ hoc iurare: q2 certa eẽ non põt ꝙ hꝰi culpa sit ei dimissa: ex̃ d pur. ca. c. accepimus. Idẽ Ber. ⁊ Hosti. A Idez in sum. con. eo. ti. q. 12. B Quid si qs iurauit aliquid facere quod ẽ veniale peccatũ: ideo cõmittit illud. Rñ. ſm guil. Hug. notauitꝙ talis mortaliter peccat. Nam impia ẽ promissio q̃ scelere adimpletˀ. 22. q. 4 in malis. Et subdit Guil. ego credo ꝙ nõ peccat nisi venialiter. A Hoc põt eẽ verũ qñ ex iusta ignorãtia nesciebat illicitu3 esse quod iurabat: al's secus: q2 cũ iuramento hoc casu deficiat iudiciũ equiparatˀ periurio. 22. q. 2. animaduertẽdũ. B

Qui sunt illi qui non admittũtˀ ad iurãdũ. Rñdeo ſm Tho. scđa scđe. q. 89. Non admittũtur siue nõ cogũtˀ pueri ante ãnos pubertatis. 22. q. 5. pueri. vbi etiã dˀ ꝙ si iurauerit ⁊ pater vt audiuit statim ꝯdixit: irrita sunt iuramẽta. Item nec al' periuri. 22. q. 5. paruuli. Itẽ non debent accedere ad iurandũ nisi ieiuni ꝓpter reuerentiã. 22. q. 5. honestum. A ibi p3 ꝙ hoc est de suasiõe ⁊ non de precepto. B Item solẽnibus diebus nõ est iurãdũ ꝓ rebꝰ temporalibꝰ: nisi in magna necessitate: ex̃ de fer. c. 1. A de hoc dictum est. s̃. ferie. §. 6. in additõe. B

Naufragus Quicquid ex naufragio accipitur siue de ipsa naui: siue de mari: siue de littore restituendū est. ff. eo. l. siquis ex nauigio; aliter nulla consuetudine statuto vel precepto excusat quis: quia furtum committitur. ff. de acq. re. do. l. qua ratione. in fi. C. de furtis. l. meum. Quin etiam ſm leges si petatur infra annum condemnabitur ad restituendum quadruplum: sed post annum in simplum vt in predicta. l. meum. ꝛ. ff. codem. l. i. ſm etiam canones si is qui accepit res naufragorū etiā esset ep̄s vel prelatus aut clericus dꝫ deponi: extra de accu. cum dilecti p̄°. Laicus vero nisi satisfecerit dꝫ excōicari: imo excōicatus ē: ex̄ de rap. excōicatiōi. A Et ibi pꝫ ꝙ hec excōicatio cōprehēdit etiā clericos: cū tex. indistincte loquatur. B Hoc intelligas nisi sint talia nauigia que piraticam tyrannidem exerceant; vel sin

inimica nomini christiāo vel pncipi. C. de
fur. in auc̃. nauigia. A Et ibi p3 q pdan
tes naufragos: seu vsurpantes deperdita
ex naufragio debēt omniū bonoꝝ publi
catione mulctari. Et omnia etiā pdicta no
tant in sum. con. li. 2. ti. 5. q. 27. B

Quid si dn̄i terraꝝ cōponant cū nautis
aliquo ab eis recepto ꝑ eo q securāt eos
q si naufragant nihil accipiēt vel accipi ꝑ
mittent ab eis. R n̄. ſm Guil. Cū al' debe
rēt hoc gratis facere nō l3 aliqd ista de cā re
cipe ab eis. A Et acceptū deb3 restitui:
cū naute pensionē huiusmōi nō constitue
rint simplr̄ ⁊ absolute spontāei: sed ne dete
rioꝛa sustinerēt ſm eū. Guil. ⁊ in sū. con.
co. ti. q. 28. vbi etiam p3 q id qd̄ sequitur
nō videt dictū Guil. B Nisi sicut in qui
busdā locis ꝯstituit q q̇cūq3 accipit aliqd
de ipo mari debeat inde certā moderataz
portionē habere. Hꝰi eni statutū fit i fauo
rem naufragoꝝ ad hoc q homines magl
studeāt ꝑquirere res ipas ⁊ pꝛemient d la
boꝛe suo. A Tale statutū seu cōsuetudo
videt omnino nil valere: cū penitus tollat
ꝑ auc̃. nauigia. C. de furt. ⁊ c. excōicatiōi
ex̄ de rap. Vn̄. ⁊ s̄. in pncipio bene dicit q
in hoc cāu nulla cōsuetudine statuto vel p
cepto qs excusatur. B

Negligentia.

Utrꝫ sit pecca
tum moꝛtale
R n̄. ſm Tho. scd̄a scd̄e. q. 54. Du
pliciter pōt eē mortale. pº mō ex pte eiꝰ qd̄
pternittit per negligentiā. Qd̄ quidē si sit
de necessitate salut siue sit actus siue circun
stantia erit peccatū moꝛtale. Alio mō ex ꝑ
te cause. Si. n. voluntas intātum sit remis
sa circa ea q̄ sūt dei vt totalit a charitate di
deficiat: tal' negligentia ē peccatū moꝛtale.
Et hoc pcipue ꝯtingit qn̄ neglīgētia sequi
tur ex ꝯtēptu: alioqn si negligentia cōtigat
in pternissiōe alicuiꝰ actus vl' circūstantie
que nō sit de necessitate salut: nec hoc fiat
ex ꝯtēptu: sed a.io defectu feruoꝛis q impe
ditur interdū ꝓpter aliquod veniale: tunc
neglīgētia nō est moꝛtale peccatu3: sed ve
niale. A Idē in sum. cō. li. 3. ti. 33. q. 230.
B De negligentia iudicis laici ⁊ quō sup
pleat ꝑ iudice ecclesiasticū hēs. s̄. iudex. 2.
§. 6. De negligentia conferendi bn̄ficia ec
clesiastica: hēs s̄. beneficium. 1. §. 1. Et ibi
dem etiā de neglīgētia eligendi vl' ꝓuiden
di i eccl'ia cathedrali vel regulari.

Negociatio

Que sunt nego
cia illicita: ⁊ que
nō. R n̄. ſm Ray. Illicita d sui nā
sūt illa que sine pectō fieri n̄ possūt: vt vsu
ra simonia: furta ⁊ adulteria: ⁊ hꝰi. Et sūt
hec omnibꝰ ꝓhibita. 14. q. 4. nec hoc quo
q3. 1. q. 1. reperiūt in fi. ex̄ d iureiur. ⁊ si xps
x. Quedā. n. ꝓhibent q2 ꝑ se mala sunt.
Quedā vero nō sunt illicita ex sui natura:
vt tutela: cura ⁊ omne exercitiū artiu3 me
chanicaru3: vt textoꝛie lutoꝛie ⁊ similiū: q̄
necessaria sūt vsui humano.

Utrꝫ negocia q̄ de se sūt licita possint eē il
licita. R n̄. ſm Ray. Possunt fieri illicita
multiplicit. pmo mō quidē ex cā: vt qn̄ fie
rēt ꝓpter auaritiā. s. ꝓpter ipꝛobā cupidi
tatē diuitiarū ⁊ non ad necessitatē sed ad a
liū finem malum. A Quod semp est nisi
fiant ad subuentione3 alicuius rōnabilis
necessitat sue vel ꝓximi ⁊ nō pncipalit pro
pter lucrū: vt pōt colligi ex dictis ꝑ Tho.
scd̄a scd̄e. q. 77. arti. 4º ⁊ ꝑ dn̄m Pe de an
choꝛano i. c. 1. de vsur. li. 6. ⁊ ꝑ ea que ha
bent in sum. cō. li. 2. ti. 8. q. 1. ſm glo. Ray.
B Et ſm hoc ꝓhibita sunt omnibꝰ. 47.
di. oēs. ⁊ c. sic hi. 2º ex tꝑe: vt si fiāt diebꝰ fe
stiuis i qbꝰ ab hꝰi opibꝰ cessādū ē: vt s̄. fe
rie. §. 7. ⁊ 8. A q icipit qbꝰ. ⁊ se. B Itē
ex tꝑe s. c possūt dici iudicia ihonesta q̄ fie
rēt de nocte aut nō clara die: ex̄ de offi. del.
cōsuluit. ff. de oꝛi. iur. l. 2. §. ⁊ q2 mgr̄atibꝰ
3º ex ꝑsona: q2 clicis ⁊ religiosis talia ꝓhi
bita sūt. 2. Ti. 2. Nemo militās deo iplicat
se negocijs secularibꝰ. Hieroꝰ di. 88. Ne
gociatoꝛē clericū ⁊ ex iope diuitē ⁊ ex igno
bili gliosū q̄i quādā pestem fuge: ex̄ ne cle.
vel mo. ꝑ totū. De hac matia hēs adhuc. s̄
§. antepli. ⁊ pli. Laicis do illa sūt cōcessa.
di. 86. ꝑuēit. ⁊ Augꝰ. 88. di. Foꝛnicari ho
minibus semper non licet. i. nunq3. Nego
ciari aliquando licet: aliquando non. An
te. n. q3 aliquis sit ecclesiasticus l3 ei nego
ciari: facto iā ecclesiastico nō l3. 4º ex loco
q2 i loco inhonesto ⁊ suspecto nō d3 qs ne
gociari seu conuersari. ff. de arbi. l. si cum
dies. §. si arbiter. 81. di. in omnibus. 27. q. 1.
siquis sacro. Item quandoq3 sunt inho
nesta ex loco ꝓpt loci excellētiā: puta qn̄ i
eccl'ia hꝰi fierēt q̄ n̄ ē locꝰ negociatōis: sed
oꝛonis. vn̄ ⁊ ipe dn̄s eiecit ī vēdētes ⁊ emē
tes: Math. 21. ⁊ Ioh. 20. ⁊ 16. q. 8. ⁊ hoc
diximꝰ. A Adde q quinto negociatio

redditur illicita ex mõ: vt si fiat cũ mẽdaci
is deceptõib⁹ ⁊ silib⁹: vt i sũ. cõ. d. q. i. vbi
hec notãt fm Ray. ⁊ Hosti. ⁊ Al. B

Negocia q̃dã sũt q̃ sine peccato vix fie
ri pñt: de pe. di. 5. negociũ. Et gratia exẽpli
ponũt quinq3. s. cura rei familiaris: militia
mercatio: procuratio: ⁊ admĩstratio: de pe.
di. 5. q̃litas. ⁊. c. falsas. di. 25. qualis. distin.
88. ꝯñs. hec Ray. Sed Hosti. addit dicẽs
Adde sextũ ꝙ q̃si periculosius ẽ oib⁹. s. ad
uocatio. Sed ⁊ septimũ nõ dimittas. s. epi
scopat⁹ offiñ quo nihil miserius ⁊ periculo
sius si ꝑsũctorie agat. 40. di. ante oia. A
Ista duo vltima pñt sub procuratione ⁊ ad
mĩstratõe ꝯphẽdi: vt in sũ. cõ. e. ti. q. 18. vbi
ẽt addit fm Ray. ꝙ pñialis caute ⁊ diligẽt
d3 dirigere intẽtos talibus vt recto fine la
borẽt ⁊ exerceãt officia sua. B

Utrũ negociatores possint licie lucra re
cipere. R° fm Guil. Cũ laborent pro oib⁹
⁊ q̃si cõe negociũ in mercib⁹ gerãt pñt mo
deratũ lucrũ accipe: sec⁹ de imoderato: ex̃
de emp. ⁊ vẽ. c. i. A Moderamẽ aũt h⁹i
lucri fm glo. Ray. ⁊. in. dcã. q. 18. ad arbi
triũ boni viri limitandũ ẽ: q2 ñ ẽ determi
natũ q̃tũ in singulis solidis aut libris aut
marchis accipe liceat de lucro. Hosti. autẽ
vt ibi p3 dicit ꝙ ad hoc vt mercatores sine
oi fraude officia sua exerceãt bona fide cõ
sulere3 talib⁹ ꝙ de lĩia epi sui scirẽt q̃tum
pñt lucrari in mensura bladi et vini ⁊ silib⁹
vel q̃tũ pro libra possent vltra q̃ emerunt
vẽdere i recõpensationem laboꝝ ⁊ expẽsa
rum ⁊ si sic venderent sine mendacio: ipos
crederẽ ẽẽ i tuto quo ad peccatũ negociati
onis: ar. ex̃ de emp. ⁊ vẽ. c. i. Si aũt q hoc
nõ faciũt sine periculo vix euadũt. B

Quid de artificibus qui faciũt vel ven
dũt gladios sagittas balistas aut venena et
similia. R° fz Ray. Si ꝓpter hoc faciũt vel
vẽdũt vt hõies hẽant talia ad abusũ: aut ẽt
si scienter vendũt illis seu donãt quos esti-
mãt talibus abusuros mortaliter peccãt: et
oia peccata q̃ inde sequũt eis imputãt. xi. q
3. precipue. 27. q. 2. si abstines. 5. q. i. votum
Si ãt tales negociatores dicãt se bonã itẽ
tõnẽ habuisse: q2 credebãt ꝙ emerẽt ꝓpter
licitũ vsũ: vel si nihil super hoc cogitabant
seu ignorabãt ꝙ esset illicitũ talia facere vel
vendere in oibus dictis casibus distinguo
q2 si ille res pñt ẽẽ vtiles: vt arma in bello
iusto: aurifrigiũ ad ornamẽta ecclesiastica
quedã ẽt venena ad aliqd medicinale: vl' ꝯ
alia nociua qui talia vendunt ñ peccãt nisi
forte probabiliter dictaret sibi ꝯsciã ꝙ em-
ptor rẽ q̃rit ad malũ: tũc. n. ñ d3 vẽdẽ. 23. q.
5. de occidẽdis. ⁊. 5. q. 5. non ois. A vel ni
si exercitio alicuius artis indifferenter. i. q̃
põt ẽẽ licita ⁊ illicita plures male vterẽtur
q2 tũc talis ars efficitur illicita ⁊ extirpãda
Uñ Chryso⁹. super Matth. ⁊ ponit Tho.
2ª 2ᵉ. q. 169. arti. 2. dic̃: Eas solas o3 artes
vocare q̃ nutrimentoꝝ ⁊ eorũ q̃ cõtinent vi
tã' nostrã sũt tributiue ⁊ ꝯstructiue. Si tñ
operibus alicuius art' vt plures male vte
rẽt q̃uis ꝯ se ñ sint illicite: sũt tñ ꝑ offiñ ꝑn-
cipis de ciuitate extirpãde fm documenta
Platonis. hec ille. Qd põt intelligi veꝝ nĩ
si talis ars eẽt circa rẽ oio necessariã: puta
tabernã: hospitiũ: ⁊ h⁹i: q2 tũc nõ ꝓhibere
tur ꝓpt necessitatem: s3 alit ꝓuidẽdũ foret
ꝯ incõuenienter accñtia. 83. di. ꝯsẽtire. B
Si vo ille res ad nullũ vsũ sunt vtiles nisi
ad peccãdũ: A sicut sũt quedam venena
mortifera: ⁊ ad nullũ bonũ vsũ vtilia: vt su
ture supflue ac sũptuose camisiaꝝ: q̃s preci
pue faciũt hispani dãtes ꝓ factura vni⁹ ca
misie plus in triplũ vel q̃druplũ q̃ valeat
tota camisia: ⁊ similia fm eũdẽ Ray. in ti.
de neg. secularibus. §. sed qd. vbi ꝑdcã po
nit: B tũc indubitãter peccãt faciẽdo: te
nendo: vendendo: seu donãdo aliјs. 2i. q. i.
c. i. ff. de ꝯhen. ẽp. ꝙ sepe. §. veneni mali. q2
flagitiose rei nec emptio nec mãdatũ: nec
societas valere põt: ⁊ oia mala sequẽtia isti
iputabũtur: q2 qui occasionẽ dãni dat dam
nũ dedisse vr: ex̃ de iniur. ⁊ dã. da. si culpa
Con. Tho. ⁊ Hosti.

Quid de his q faciũt vel vendũt orna-
mẽta mulierũ aut sotulares pictos aut ve-
stes cũ immoderata sũptuositate consutas
R° fm Tho. 2ª 2ᵉ. q. 169. q2 mulieres licite
pñt se ornare: vel vt ꝯseruẽt dcẽtiã status sui
vel ẽt aliquid superaddere vt placeant viris
suis: ꝯñs ẽ ꝙ artifices taliũ ornamẽtoru3
non peccãt in vsu talis artis: nisi forte inue
niẽdo aliq̃ curiosa ⁊ superflua. vnde Chry
so⁹ dicit super Matth. ꝙ ab arte calceari-
oꝝ ⁊ textorũ multa abscidere o3. Etenĩ3 ad
luxuriã deduxerũt necessitatẽ ei⁹ corrũpẽ-
tes artẽ male arti commiscentes. A Sa
tis p3 per Tho. in loco allegato: ꝙ artifices
itãtũ peccãt inq̃tu3 ⁊ vtẽtes fm dispositio
nẽ positã in. §. precedẽti. Quõ vo peccent

vīctes deo dāte dicetur.ĵ.ornatus. B
Quid de factoribus taxilloꝝ schacoꝝ
aleaꝝ: ⁊ hꝰi.ꝶꝰ ſm Guil. Quia ludꝰ taxil
loꝝ vt frequētius peccatū mortale ē: vt di
ctū ē.s. ludꝰ alee.§.3. nō ē licitū viuē de
artificio taxilloꝝ: sed de facientibus scha-
cos ⁊ tabellas qbꝰ freq̄ntiꝰ ludit ad suble
uationē tedij vel laboris nō vr̄ illicitū: vt
s. ludus ⁊ iocꝰ.§.i.2.⁊.4. A Verū ē si sic
eēt ꝙ cū his sine peccato luderet: quod ho
die sic esse nō videt: al' idē dicēdum eēt de
his quod de taxillis ꝓpter eandē rōnem:
ar. ex̄ de vbo. si. intelligētia. vt ⁊ pōt colli
gi ex dictis. s.§. qd ꝺ artificibus in additi
one. B
Quid de faciētibꝰ serta de floribꝰ i die
bꝰ festiuis. ꝶꝰ Non credo eē excusabiles
q: ꝓter ꝑiculū qꝺ de facili pōt ꝯtingē ex
abusu hꝰi q̄ sunt incitamēta vanitatis ⁊ la
sciuie violatur obseruātia diei sacre in ope
rādo. A Hucusq; vr̄ fuisse dcm̄ Guil.
vt in sum. con. e. ti. q. 20. ad fi. Nō autē qꝺ
seq̄t: sed ⁊ illud veꝝ eē puto sane intellectū
B lꝫ posset eē laborātā modicꝰ ⁊ sine pre-
cio nec ad lasciuā intentionē: sed modera-
tam recreationē ꝙ non esset peccatū aut
non mortale: sn̄ia est Guil.
Utrū aliqua negociatio sit clericis lici-
ta. ꝶꝰ ſꝫ Ray. Si clericus indigeat potest
aliquo honesto artificio sibi necessaria ac
quirere dū tn̄ ꝑꝑ hoc nō desīt a diuinis of
ficijs: di. 91. ꝑ to. de ꝯse. di. 5. ex̄ ne cleri. vel
mo. c. i. Itē pōt recipe possessiones exco-
lēdas ad q̄rtā vel q̄ntā partē: ⁊ hꝰi seu con
ducere ipsas ad sustentationē suā ⁊ suorū
ar. di. 86. ꝑuenit in vbo auaricie cā. A
Et ibi hoc sētit gl. B Et di. 91. clericꝰ. sa-
tis con. Hosti. Pōt ei locare animalia: vt
oues ⁊ boues. A Verū ē si habeat eos
de suis decimis: vel ꝺ successiōe parētum
vel aliunde sibi datos: ⁊ si etiā hēat multa
pascua ⁊ emat pecora vt pascāt ibi ad ne-
cessariā sustētationē suā ⁊ suoꝝ ⁊ i alimētū
paupeꝝ. Si autē emat pecora vt tradat ad
cremētū: vel vt aliqd agat in fraudē ne-
gociatōis illicitū ē ſm gl. Ray. vt in sū.
cō. e. ti. q. 3. B Ad certum fructum dū
mō ꝑ ꝯctū q al' sit licitꝰ: vt ⁊ Guil. dicit
addēs ꝙ ēt pōt emere rē vt eā melioratā
carius vendat: vt puta pullū equū nutriē
do: vel si tabulā emat vt faciat imaginem
Nam in talibus nō est negociatio sed arti
ficium: vt nōtur. 14. q. 4. canonū. A. In
glo. B. ꝺ ꝯse. di. 5. nūq;. ex̄. ne cle. vl' mo.
c. i. A Predcā ēt nō. i sū. con. li. 2. ti. 7.
q. 4i. ⁊ ti. 8. q. 2. ad fi. ⁊. q. se. B. Que pe
na clicoꝝ q al' negocijs sclarībꝰ se inmiscēt.
Rn̄deo. Debēt excōicari: ex̄ ne cle. vl' mo.
sub interminatiōe. A. Istud. c. nō vr̄ ibi hē
ri: veꝝ tn̄ ē ꝙ ꝓ oi peccato mortali a quo
qs nō vult corrigi pōt excōicari. xi. q. 3. ne
mo epoꝝ. al'. c. icipit ſꝫ instituta. ⁊ est ibi.
B. ⁊ si nō se correxerint debēt deponi: dis.
91. clericꝰ. ex̄ ne cle. vl'. mo. ſꝫ nec. Ita tn̄ ꝙ
religiosi districtiꝰ q; alij puniāt: vt i. ꝺ. c. ſꝫ
nec. In foro aūt pn̄iali dꝫ eis iniūgi vel sal
tē ꝯsuli: vt ea q̄ ꝯ formā ꝑdictā lucrati sūt
studeāt paupibꝰ erogare. 14. q. 5. q hētis.
A. Nā ad hoc nō tenet ꝑcise ſꝫ glo. Ray.
vt in sū. con. eo. ti. q. 5. vbi ēt nōnt q̄ i hoc
§. hn̄t. B. Circa negocia clicoꝝ pl'a hēnt.
s. clicus. 2. A. Et ibi latiꝰ de his penis dr̄.
B. Itē ad mām negociatiōis ꝑtinēt plu
ra que hn̄tur. s. emptio. ⁊. ĵ. vsura. 3.

Neophitus quis di
cat. ꝶꝰ ſm Ray. Neophitus dr̄
nouellus in fide: a neos qꝺ ē nouū: ⁊ phi-
tos qꝺ ē fides 48. dis. qm̄. Itē neophiti
dn̄r nouelli i rligiōe. di. 48. sic. Iō Host.
A. Iō i sū. ꝯ. li. 3. ti. 14. q. i. B.
Quare neophiti ꝓhibent ordinari.
Rn̄deo ſm Ray. Causa ē duplex. Una cā
ē ne icidāt in supbiā putātes ꝙ fides xp̄ia
na siue religio multū eis idigeat. 48. di. §.
ꝑmo. ⁊. c. qm̄. Alia cā ē q: nō sūt expti sta
tus ecclie vel religiōis: nec sciūt modos ꝑ
sonaꝝ. Item nō ieiunauerūt nec fleuerunt
nec ꝓbauerūt nec ꝓbati sūt: vt in dicto. §.
ꝑmo. ⁊. c. quoniā. Un̄ tales nec ad mino-
res ordines ꝓmoueri debēt: imo nec ton
surari: ar. 19. q. 3. monasterijs. Satis con.
Goff. ⁊ Hosti. A. Idē in sū. con. eo. ti.
q. 2. ⁊. 3. B. De neophitis in religione: vi
de. ĵ. nouitius.

Notorium qd sit. Rn̄deo
ſꝫ Ray. No-
toriū aliud iuris: aliud facti. No
toriū iuris ē de quo qs canonice est con-
dēnatus: vel in iure confessus: vl' legitime
cōuictꝰ. 15. q. 5. ꝑsbr. ⁊. q. vltia. siqs ꝑsbr.
⁊. c. sciscitātibꝰ. ⁊. q. 6. siquis appellat. A.
al' icipit: ⁊ qui appellat. B. §. sūt ⁊ quoꝝ
ex̄ de coha. cle. ⁊ mu. vīa. ⁊. c. q̄situ. Noto

riũ ꝟo facti ẽ cũ pplus ẽ testis ⁊ dissimula
tiõi nõ ẽ locꝰ.61.dis.i sacerdot.bꝰ i fi.ex̃ de
coha.cle.⁊ mu.tua.ff.de ri.nu.l.palã i pn.
Et hoc itelligit̃ siue sit crimẽ notũ oĩnibꝰ
q sũt i illo loco.s.villa vl̃ pochia. A .Etiã
si in loco nõ sũt nisi decẽ:q2 decẽ hoĩes po
pulũ faciũt.10.q.3.vnio.fm glo.Ray.vt i
sũ.con.li.3.ti.30.q.15.vbi etiã hec oĩa notã
tur q ⁊ hic ponũt̃.Et nõt gl.i dicto.c.vnio
s.ꝙ decẽ faciũt plebẽ.Et glo.Ray.vbi.s̃.
dič ꝙ si etiã pochia hẽat mille pochiãos ⁊
solũ decẽ ex illis graues ⁊ honeste psone scã
dalizent̃.de focaria sacerdotꝫ põt dici ꝙ po
pulꝰ scãdalizet̃:cũ decẽ hoĩes pplm faciũt:
vt dcm̃ ẽ.Hꝰ gl.Ex quo p3 ꝙ illi sup quo
ẽ tale scãdalũ ẽ purgatio idicenda:ex̃ d̃ co
ha.cle.⁊ mu.tua nos. B .siue maiori pti.
A facit.2.q.1.de manifesta. B .Et tale
notoriũ ite2 subdiuidit̃:q2 aliud ẽ notoriũ
facti actꝰ durãtis:vt cũ qs tenet adulteram
publice i domo:siue etiã ꝯcubinã.Aliud ẽ
notoriũ facti trãseũtis:vt cũ aliqs publice ho
minez interfecit.Sz ⁊ est t̃tiũ notoriũ facti p
sũpti:vt si aliqs publice hitꝰ est ꝓ filio vel
affine ⁊ hꝰi.In notorio igit̃ iuris exigit qñ
ꝗ ꝓbatio ꝯ negantẽ:ex̃ de sẽ.⁊ re.iudi.sič
In notorio ꝟo facti nõ regrit̃ ordo iuris
q al' etiã regularit̃ obseruãdus ẽ:ex̃ de iure
iur̃.ad nostrã.2°.Euidẽtia nãqꝫ patrati sce
leris nõ idiget clamore accusatoris:extra
de accu.euidentia.

Nouitius Utr2 ipubes.s.ante
14.annuz. A .s.
quo ad masculum:quo ṽo ad femi
nã pubertas d2i.12.20.q.2.puella.⁊.s̃.ipu
bes. B possit itrare religionẽ:vt sit ibi no
uitiꝰ.Rñ.Tal' qdez possit offerri a parẽti
bꝰ si ipe ꝯsẽtit.20.q.1.puelle.Et nihilomi
nus ꝗ cito puenerit ad pfectã etatẽ.s.ad
14.ãnũ põt egredi.20.q.3.pñs.ex̃ d̃ regu.
cũ simus. A Et ibi hoc notat glo. B
Qd̃ si tal' impubes ꝓpria volũtate itrat:po
test extrahi a p2e vel tutore.20.q.2.puella.
A .Et ibi addit̃:Ac si ãnuz ⁊ diẽ dissimu
lãdo ꝯsẽserit siue tutores siue parẽtes neqꝫ
ipse neqꝫ ipsa mutare poterit.dič glo.vsqꝫ
quo puenerit ad legitimã etatẽ. B.
Utr2 nouitio ingrediẽti religionez suf
ficiat ꝙ attigerit.14.ãnũ.Rñdeo:Non
sufficit:sz op3 ꝙ p̃fecerit:vt expssẽ hẽt:ex̃
de regu.ad nr̃m.in tex.⁊ glo.⁊.c.significa
tum.Aliud põt repeti vt in pcedenti dictuz
est. A .Ad predicta vr̃ facere.c.his q de
re.iuris li.6.

Sz vtr2 sufficiat si malicia suppleat eta
tẽ.Rñdeo fm Ray.Sufficit ex̃ de regu.
postulasti.Sz hoc nulloꝰ ẽ ve2:sič expsse
nõt̃.20.q.1.i sũ.q.Et idẽ ponit Jo.an.de
reg.eos i cle.Qd̃ aũt.Ray.dixit ꝙ suffi
ciebat si malicia suppleret etatẽ:verũ dixit
suo tpe.s.qñ fecit sũmã ⁊ currebat ꝯ ꝯpi
latio decretaliũ:sed hodie d̃ ipsa decretali
postulasti.ṽba illa subtracta sũt. A Idẽ
dicit glo.in dicto.c.postulasti. B.

Qd̃ est tp̃s ꝓbationis i nouitio.Rñ.
Sič ex pdictis p3:ẽ.15ꝰ.ãnus.Nã cũ non
possit igredi nisi ꝯpleto.14.ãno:vt in.2.§.
dictũ ẽ:seqtur ꝙ tũc icipiat ãnus ꝓbatõis
Et hõc ẽt ipm expresse tradit Jo.an.ex̃ de
regu.bñficiũ.li.6.⁊.c.is q.eo.li.Sz ⁊ hoc
rõnabile ẽ:q2 tp̃s ꝓbatiõis dat̃ ad ꝓban
dũ austeritatẽ religionis:vt ex̃ de regu.ad
aplicã.Int̃ q̃s precipua ẽ custodia castita
tis:quã cõiter loquẽdo nõ ẽ aptꝰ antea ꝓ
bare.⁊ iõ si infra dictũ tp̃s gestatꝰ fuit ha
bitꝰ:q nec scissura nec colore distinguit̃ ab
hitu ꝓfessor2 nõ ꝓpter hoc inducit tacitã
ꝓfessionẽ.Secꝰ si tal' hitus pꝰ dictã etatẽ
gestatꝰ fuerit:qa ꝓfessionẽ iducit:vt i cle.
eos de regul'. A Satis ꝓ pdictꝫ vr̃ facẽ
c.1.i pn.ex̃ de regu.li.6. B.

Que pena siqs añ legitimũ tp̃s ꝓba
tiõis nouitiꝰ recipiatur ad ꝓfessionẽ.Rñ.
In ordibus mẽdicantiũ illi q reciperẽt in
currerẽt triplicẽ penã.pma ẽ qa peccarẽt
mortalr̃ eo ꝙ agũt ꝯ id quod preceptum
ẽ i ṽtute obie ⁊ sub pena excõicatõis.scđa
pena ẽ q2 oẽs q recipiũt sũt suspẽsi a rece
ptione cuiuscunqꝫ ad professionez.tertia
est ꝙ a suis fratribus debent puniri pena
que solet infligi pro culpis grauibus:ha
bentur hec extra de regu.non solum li.6.
⁊.c.constitutionem.Ille quoqꝫ qui sic re
ceptꝰ fuit l3 secularis ẽẽ non possit:non ta
men est alligatus ipi ordini per illam pro
fessionem. A.In dicto.c.nõ solu3.sic d2:
In ṽtute obie sub pena excõicatõis distri
ctꝰ ihibemꝰ:ne añ annũ ꝓbatiõis elapsũ
q ẽ maxime in subsidiũ fragilitatis hũane
regulariter institutus quẽqꝫ ad professio
nem vestri ordinis seu ad renunciationez
seculo faciendam recipere:nec constitu
tum infra huiusmodi annum aliquatenus
impedire:quo minꝰ ifra ipsuz ad aliã reli

gionem quã maluerit trãseat. Uel nisi ma-
ior tñ.14. annis exñs ꝓfessus fuerit tacite
vel expresse aut euidenẽ ꝯstet illã vitã voluis
se mutare: qḋ tñ non presumitur nisi clara
probatõe vel ꝯpetẽtibus indicijs oñdatur
oĩo ad seculũ redire: sicut de sua voluntate
ꝓcesserit presumat. Qḋ si forte ꝯ ꝛc̃. Et in-
telligitur quis seculo renũciare ⁊ vitã volu
isse mutare: qñ bona sua distribuit paupe
ribus: vt notat gl. ⁊ Pe. de ancha. sup. d.
c. non solũ. Ubi ẽt idẽ dicit Archi. addẽs
idẽ eẽ sigĩ qñ ingredit religionẽ facit testñi
at si deberet mori ⁊ trãsferat oĩa bona sua
in heredes ⁊ legatarios ⁊ in pias cãs ⁊ mu
tat habitũ. Et iõ ꝟba illa q̃ hñt in regula
ordinis minoꝝ: Uadãt ⁊ vendãt ꝛc̃. nõ sic
accipienda sũt: vt ex his volẽtes ingredi re
ligionẽ cogãt vel etiã inducãt ad distributi
onẽ faciendã infra annũ probatõis: alś lo
cũ hẽrent pene dicti. c. nõ solũ. Sed vt eis
ostẽdatur ꝙ illud debẽt agere ante profes
sionẽ oĩo si ꝑ ꝓus ꝓpo motu nõ fecerint: et
q̃liť in religione debeãt viuere: vꝫ expropia
ti penit⁹ tã in spãli q̃ ẽt in cõi: sicut accepi
ex collatiõe ꝑitissimoꝝ doctoꝝ. B In ali
is ꝟo ordinib⁹ ꝓfessio expressa vel tacita
põt fieri licite infra annũ: ⁊ si fiat expresse
ẽt seculari habitu ñ mutato illi religioni ꝓ
cise obligať quã ꝓfessus ẽ. Si ꝟo fiat taci
te. s. ꝑ susceptionẽ habit⁹ ꝓfessoꝝ: tũc infra
annũ ñ obligať illi religiõi spãliť sed gene
raliter religioni: dũmõ recipiẽs sit etatis ap
te. ⁊ si fuit sciẽs ⁊ volũtarius: ⁊ si in illo ha
bitu ⁊ volũtate triduo perseuerat: extra ď re
gu. constitutionẽ. li. 6.

Pone ꝙ nouiti⁹ apte etatis fuit i aliq̃
religione mẽdicãtiũ ꝑ tres menses postea
exiuit: post alios tres mẽses reintrauit: nũ
q̃d ꝑmi tres mẽses debẽt ꝯputari ad ãnũ
ꝓbatõis. R̷° ẜm Bonicõtꝫ doctorẽ decre
toꝝ filiũ Io. an. in q̃dã q̃one disputata: di
cendũ ꝙ ñ ꝯstat ꝙ iura statuerũt annũ ad
ꝓbãdũ regulares austeritates: vt extra de
regu. ad apostolicã. Sed regularis austeri
tas ꝓ sui maxima ꝑte in ꝯtinuatõe cõsistit
Nã aliquis posset faciliť ieiunare siue absti
nere vno die vel mense q̃ forte nõ posset cõ
tinuare: iõ ad verã ꝓbationẽ cõtinuatio re
quiriť. nã alŕ eẽt ꝓbatio sigs vno mẽse sta
re in ordine ⁊ vno in seculo: ⁊ postea iteruꝫ
vno in ordine: ⁊ vno in seculo: ⁊ sic faceret
ꝑ annũ ⁊ h⁹i. Preterea cũ tex. indefinite
loq̃i: dicẽdo austeritates: vniuersaŕ ipsas
ꝯꝓhẽdit: vt notať ꝑ Di. de re. iur. in rubri-
ca. A facit ex̃ de deci. ad audiẽtiã. B
Ponam⁹ g° ꝙ itrauit in ianuario ⁊ exiuit
in carnisp̃uio: deinde reintrauit i pascha
si p̃mi mẽses cõputabũt ei nihil ꝓbauit
de quadragesima. Et sic̃ dicã de aduẽtu vł
de hyeme seu estate: in quibus anni ꝑtibus
varie sũt religionis austeritates. Preterea
qñ iura loquũť de annali spacio: ď ꝯtinuo
intelligẽdũ ẽ: vt notať ꝑ. do. p̃tem meũ. de
elec. c. i. li. 6. Et est etiã tex. e. li. ⁊. c. cupiẽtes
§. certũ. Ad hoc ẽt facit qḋ notať. ff. de his
qui no. infa. l. genero. ff. de diuer. ⁊ tep. pre
scrip. sup rubrica. Itẽ ꝙ iura dicũt ꝙ que
libet prescriptio ita impeditur ꝑ actũ ꝯtrariũ
ꝙ necesse est aliã inchoari: vt extra de pre
scrip. auditis cũ silibus. Preterea casus
vł legis que dicit ꝙ ille seruus dr̃ eẽ vetera
nus q̃ ãno cõtinuo seruiuit. Ille aũt dr̃ no
uitius q̃ non seruiuit ãno cõtinuo: vt. ff. de
pub. l. fi. §. quotiẽs. B Nec ẽ ꝯ qḋ nõ. ꝑ
Spe. in rubrica de sta. regu. Nã errore scri
ptoris thema eius mutatũ fuit. Casus enĩ
speculatoris ẽ qñ quis integro ꝓbationis
anno in monasterio stetit: ⁊ anteq̃ professi
onẽ faceret exiuit ⁊ postea rediꝫt: vtrũ ꝓba
tionis ann⁹ sit ei de nouo cõcedẽdus. Et te
net ꝙ nõ. Qui casus a nostro multum di
uersus ẽ. Et ꝙ Spe. talẽ casum posuerit du
plicite r. ꝓ ꝯꝑmo: q2 dicit ipsam q̃onem esse
Bar. bri. in venerialibus. A Puto ali-
quẽ tractatũ fore. B Et etiã ei⁹ ꝟba in re
spondẽdo scribit: cũ tamẽ ibi Bar. nihil ď
nostro casu: sed nũc de dicto loquať. 2° q̃a
ipse Spe. probat solutionẽ illã per. c. frater
nitatis. 34. di. Qḋ. c. de nostro casu nihil
penitus dicit.

Utꝝ q̃ vult itrare religionẽ vt sit ibi no
uitius: si loc⁹ ñ põt ei ꝓuidere de vestib⁹ ⁊
suis necessitatibus possit hac occasione tol
lere alteri vt sibi ꝓuideat. R̷° qui rem acci-
pit cuius nõ est dñs male facit: q2 furtum
cõmittit. Mala aũt nõ sũt faciẽda ꝯpẽsati
one boni. i. q. i. nõ ẽ putãda. 14. q. 5. forte.
32. q. 4. sic̃. 22. q. 2. ꝑm̃. Uide. s. peculiũ in fi.

Utꝝ nouitius possit eligi in ꝓlatũ. R̷n°
ad abbatiã vel ꝓlaturã religionis eligi nõ
põt nisi expresse ꝓfessus: ad ep̃atũ ꝟo: dũ
tñ alś sit idoneus eligi põt. A siue eccl̃ia
cathedralis sit secularis: siue regularis: vt in
in. c. nullus de quo. s. B Et nouitius ⁊ ñ

expresse professus: ex de elec. nullus li° 6.
Utrũ nouitius licite possit ordinari. R° s3
Ray. Nec p̃mã3 tonsuram nec aliquẽ mi
norẽ ordinẽ recipere debet donec probat⁹
sit: ar. 19. q. 3. mõasterijs. hec Ray. ⁊ Gof.
S3 qd in ipo. c. monasterijs dr̃ q̃ expectã-
dũ ẽ p biẽniũ. dicit Guil. Credo q̃ ex quo
recepti sũt ad ꝓfessionẽ legitime vel hiti ꝓ
ꝓfessis coꝛpo hẽant pro ꝓbatis ⁊ ordines
possint recipe. Satis con Hosti. A Idẽ
in sũ. cõ li. 3. ti. 4. q. 3. B Qd pcutiens
nouitiu3 excõicat⁹ ẽ hẽtur s̃ excõicatio. 2.
§. 21. q incipit. Quid si verberetur. de mã ẽt
nouitioꝝ habẽtur p̃sa. s̃. religio. 2. Et si no-
uiti⁹ erat bñficiat⁹ qd fiet de bñficio: vide.
s̃. religio. 2° §. xi. q icipit: Utrꝝ epi.

Nuptie. De tempoꝛe quo ꝓhi
bentur nuptie hẽtur
s̃. ipedimentũ. 17. Et de pluribus
alijs q̃ ipediũt nuptias satꝫ dcm̃ ẽ. s̃. ipedim
tũ. 1. cũ c. se. Itẽ ad nuptias ptinẽt ea q̃ dcã
st. s̃. mr̃imõiũ p° cũ oib⁹. c. ibi seq̃ntibus.
Utrum nuptie secunde sint benedicende.
Rñdeo ẽm Ray. Uir ⁊ mulier trãsiens ad
bigamiam non debet iterũ a p̃sbytero be-
nedici: extra d̃ secun. nup. vir autẽ. Aliter
presbyter qui talem benedictione3 celebꝛa
uerit suspensus a bñficio ⁊ officio deb3 ad
sedẽ apostolicã mitti: extra de scd̃is nup.
c. 1. Et hoc itellige ẽm Guil. ⁊ Goff. nisi de
ↄsuetudine alicui⁹ eccl'e aliter obtineret: qꝛ
tunc posset sine periculo bñdictio iterari:
de pe. dis. 3. §. ex ꝑsona. A qꝛ tale statutũ
forte factum est ad exhortationem ↄtinẽtie
ẽm Goff. vt in sũ. con. li. 3. ti. 24. q. 6. B
Quin etiã ẽm Tho. i 4. dis. 42. cum dr̃ q̃
scd̃e nuptie nõ debẽt bñdici: intelligit q̃n
tã ex parte viri q̃3 ex p̃te mulieris vl' saltem
ex p̃te mulieris sũt scd̃e. Si autẽ v̓go ↄ̃hit
cũ illo qui habuit aliã vxorẽ nihilominus
nuptie bñdicẽt. Saluat. n. ibi aliquo mõ
significatio. Con. cũ hoc Ber. A. s. i dcõ
c. vir aũt. vbi ñ hoc simpliciter tenet: l3 dic
q̃ cum aliquis ducit virginẽ bñdictio ista
itat ẽm ↄsuetudinẽ quoꝛũdã locoꝝ: ⁊ h° si
papa sciat talẽ ↄsuetudinẽ ⁊ tolerat: al' ñ va
let. Hos. etiã vt p3 i dcã. q. 6. dic q̃ siue mu
lier i alio mr̃imonio bñdict⁹ ẽ: nõ d3 bñdi
ctio iterari immo oio dimitti: qꝛ vnus sine
alio benedici nõ d3. Dicit etiã q̃ duo biga
mi ↄ̃hentes 2° q nũq̃3 fuerũt bñdicti bñdi
ci p̃nt. B De nubente infra tp̃s luctus. s̃

lex. §. 9. v. 7.

Obedientia primo
cõiter an sit virtus. Rñdeo ẽm
Tho. scd̃a scd̃e. q. 104. Est qdẽ
virtus moꝛalis: cui⁹ spãle obm ẽ preceptũ
tacitũ vel exp̃ssum. Uolũtas. n. superioris
quocũq̃3 modo inotescat ẽ quoddã tacitũ
p̃ceptum: ⁊ tanto videt̃ obediẽtia prompti
or: quanto pl⁹ preuẽit preceptũ expressũ.
Utrꝝ obediẽtia sit maxia virtutũ. Rñ.
ẽm Tho. vbi. s̃. Uirtutes theologice. s. q̃
deo ẽm se inherẽt sũt potiores virtutibus
moꝛalibus: qb⁹ aliqd terrenũ cõtẽnitur: vt
deo inhereat̃. Int̃ v̓tutes aũt moꝛales tãto
aliq̃ ẽ potioꝛ quãto magis aliquid ↄtẽnit̃
vt deo inhereat̃. Sunt aũt tria gnã bonoꝝ
q̃ hõ põt cõtẽnere ꝓpter deũ: quoꝝ isimũ
sunt exterioꝛa bona: mediũ sunt bona coꝛ-
poris: supremũ aũt bona aie. Int̃ q̃ quodã
mõ precipuũ ẽ volũtas: inq̃3tũ. s. p volũta-
tẽ hõ oib⁹ alijs bõis vtit̃: ⁊ iõ p se loquen-
do laudabilioꝛ ẽ obie v̓t⁹ q̃ ꝓpt̃ deũ ↄtẽnit
ꝓp̃ã volũtatẽ q̃3 alie v̓tutes moꝛales ꝓ
pt̃ deũ aliq̃ alia ↄtẽnũt. Uñ greg⁹ vlt. mo-
ral. Obia victimis iur̃ p̃põit qꝛ p victimas
aliẽa caro p obiã v̓o volũtas ꝓp̃a mactat̃
A Hoc ẽt dcm̃ ẽ. ĩsũptũ ẽ. 8. q. 1. sciẽdũ. B
Utrũ subditi teneãtur in oib⁹ suis supe
rioꝛib⁹ obedire. Rñdeo s3 Tho vbi supꝛa
Dupl'r põt cõtingẽ q̃ subditus supioꝛi suo
nõ tenet̃ obedire. p̃mo mõ ꝓpter preceptũ
maioꝛis p̃tãtis: vñ sup illd̃ Ro. 13. Qui re-
sistũt p̃tãti ipsi sibi dãnatiõe3 acqrunt. dicit
glo. Si qd iusserit curatoꝛ: nũquid facien-
dũ ẽ si ↄtra ↄsulẽ iubeat. Rursus si qd ꝓcõ
sul iubeat ⁊ aliud imperatoꝛ: nũquid du-
bitatur isto ↄtẽpto illi eẽ seruiẽdũ: ergo si
aliud imperatoꝛ aliud dñs iubeat cõtẽpto
illo obtẽperãdũ ẽ deo: ⁊ ad idẽ facit illud
act. 4. Si iustũ ẽ vos poti⁹ audire q̃3 deũ
iudicare ⁊. dis. 8. q̃ ↄtra moꝛes. xi. q. 3. q re
sistit. ⁊. c. nõ semp. Ubi dicit glo. q̃ inferioꝛ
nõ solũ obedire nõ d3 cũ preceptũ est iniu
stũ s3 ẽt cũ inhonestũ. 2° mõ ñ tenet̃ iferioꝛ
suo supioꝛi obedire si ei aliqd precipiat in
quo ei non subdit̃. Dicit. n. Seneca. 3° de
bñfi. Errat si qs estimat seruitutẽ i totũ ho
minẽ descendẽ: ps. n. melioꝛ excepta ẽ: coꝛ
poꝛa obnoxia sũt ⁊ ascripta dñis suis: mẽs
sui est iuris. Et iõ in his que ptinẽt ad iteri
oꝛẽ motũ volũtatis hõ non tenet̃ homini

f

obedire: sed in his que exterius ꝑ corp⁹ sūt agēda: in q̄bus tñ ſm ea q̄ ad nām̄ corꝑis ꝑtinēt homo homini obedire non tenet sed soli deo: q꞉ oēs hōies nā sūt pares. vñ nō tenent ſui dñis nec filij parētibus obedire de m̄rimonio ꝯhendo vel ꝟginitate seruāda: aut aliquo huiusmōi. Sed in his que ꝑtinēt ad dispensationē actuū ⁊ reꝝ humanaꝝ tenet subditus suo suꝑiori obedire ſm rōem suꝑioritatꝭ: sicut miles duci i his q̄ pertinēt ad bellū: ⁊ ſuus dño i his q̄ ꝑtinēt ad ſuilia opera: ⁊ filius pr̄i i his q̄ pertinent ad disciplinam vite ⁊ curam domesticam: ⁊ sic de alijs.

Quid si dubitat subdit⁹ vtꝝ qd̄ ꝑcipitur sit ꝯ deū vel nō. Rñ. ſm Ray. Debet obedire: nisi eēt tale in quo nullo mō excusaret ignorantia: puta ꝯ articulū fidei ꝑcepta vl' ꝓhibitiōes dei: vl' ꝯ gnāle statutum ecclie: alr. n. i dubijs obediēdū ē. ex̄ de tē. on. or. ad aures. Quin. etiā bonū sine quo pōt eē salus dꝫ dimitti ꝓpter obia, xi. q. 3. q̄d ergo. A Ibi dr̄: Aliqñ dꝫ ꝑ obiaꝫ bonuꝫ qd̄ agit intermitti. B Con. Tho. ⁊ Gof. A Dic] gnāliter qñcūqꝫ subdit⁹ non pōt ꝑ ꝯuēiētē inq̄sitōeꝫ certificari dꝫ obedire ⁊ obediēdo excusat ēt si dubitet circa ꝑceptū dei. i. vtrum qd̄ sibi mādat sit contra dei preceptuꝫ. 23. q 1. q̄d culpatur. B

Utrū obia in his q̄ q̄s vult ꝑ se sit meritoria. Rñ. ſm Tho. scd̄a scd̄e. q. 104. Si id qd̄ ꝑcipit sit ꝑ se volituꝫ ⁊ absqꝫ rōne ꝑcepti sicut accidit i ꝓsperis iaꝫ ex ꝓp̄a volūtate tēdit in illud ⁊ nō videt implere ꝓpter ꝑceptū. Sꝫ qñ illud qd̄ ꝑcipit nullo mō ē ſm se volitū: sicut accidit in asperis: tū coīo ē manifestū q̄ nō implet nisi ꝓpt ꝑceptū. Et iō dicit Grego⁹ i moral. q̄ obedientia q̄ hꝫ aliq̄d de suo i ꝓsperis nulla ē v l' minor: q꞉. s. volūtas ꝓp̄a nō vr̄ ꝑncipalit tendē ad iplendū ꝑceptū: sꝫ ad asseq̄ndū ꝓpriū volitū. In aduersis autē vl' difficilibus ē maior: q꞉ ꝓpria volūtas i nihil aliud tēdit q̄ꝫ i ꝑceptū. A Predicta etiā hēnt. 8. q. 1. sciēdū. B Et hoc intelligēdū est ſm illud qd̄ exterius apparet: ſm tñ iudiciū dei qui corda rimat pōt ꝯtingē q̄ ēt i ꝓsper] obia aliq̄d de suo habēs nō ꝓpt hoc sit min⁹ laudabilis. s. si ꝓpria voluntas obediētꝭ nō min⁹ deuote tendit ad ipletionē precepti. Con. Ul. A De inobediētia habes. s̄. iobediētia. B

O Bedientia secundo s. laicoꝝ. Utꝝ xp̄iani teneant seclari b⁹ ꝑtātib⁹ obedire. Rñ. ſm Tho. vbi. s̄. Dicēdū q̄ sic. ꝑ fideꝫ. n. xp̄i nō tollit ordo iusticie: sꝫ mag] firmat. Ordo autē iusticie req̄rit vt iferiores suis suꝑiorib⁹ obediāt: alr. n. ñ possꝫ hūanaꝝ reꝝ stat⁹ ſuari. Hāc tñ obiaꝫ itellige inquātū ordo iusticie requirit: ⁊ iō si nō hēant iustū ꝑncipatū sꝫ vsurpatū vl' si iiusta ꝑcipiāt nō tenent eis sbditi obedire: nisi forte ꝑ accñs ꝓpter euitandū scandalum vel periculum. Con. Pe.

Utꝝ laici teneāt obedir̄ ꝑlatꝭ eccliasticis Rñ. ſm Guil. Laici nō tenēt odedir̄ ꝑlatꝭ eccliastic] nisi i his ad quoꝝ obſuātiā i baptismo se obligauer̄t. s. vt teneāt verā fidē s. cū opib⁹: vt abrenūciēt sathāe ⁊ oib⁹ pōpis ⁊ opib⁹ ei⁹: ⁊ ꝑ ꝯseq̄ns q̄ꝫtū ad oē peccatū vitādū ⁊ spūale bonū ꝓsequēdū. In alijs actib⁹ ñ subdūt eis nisi iquātū ad ista ꝑtinē vl' r̄duci pñt. A. Jō i sū cō. li. 3. t. 33. q. 5. circa finē. Et fac. xi. q. 3. si aūt vob. B

O Bediētia ꝫ⁹ s. clicoꝝ. Quib⁹ ⁊ q̄lit clici teneant obedire. Rñ. Clici tꝑalib⁹ dñis nō sūt sbiecti: nec eis obedire tenent. Nā laic] nec ꝺ clicis: nec ꝺ reb⁹ eccliastic] disponēdi aliq̄d ꝯmissa ē facultas. 96. di. bñ q̄dē. ex̄ ꝺ ꝯsti ecclia. Sꝫ ꝑlatꝭ eccliastic] idubitant tenent: vt pape: ⁊ oib⁹ iferiorib⁹ ꝑlatꝭ suis: non aūt ex̄neis: q꞉ sic nō valet sētētia nō sui iudicis: ita nec ꝑceptū: ex̄ ꝺ iudi. at si clerici. 7. q. 1. q꞉ frater.

Quid si eps mādet sacerdoti vt excōicet illū quē ipse reputat inocētē. Rñ. ſm Tho. in quolibꝫ. Aut mādat sacerdoti sola denūciatio excōicatiōis: aut ipsa excōicatio. Si denūciatio: certe tenet denūciare ex ꝑte epi. Si aūt ꝑcipiat q̄ eū excōicet: tē si ē notoriū illū eē inocentē dꝫ corā episcopo illi⁹ inocentiā allegare ⁊ ꝓbare: ⁊ si deficiat i probādo debꝫ obedire q̄ꝫtūcūqꝫ sciat ei⁹ inocentiā. A Immo hoc cāu vr̄ q̄ nō debeat obedire: sic potest colligi ex dictis. s̄. iudex. 1. §. xi. i additiōe. B Si vō legitime ꝓbet: nō debꝫ obedire: sꝫ recurrere si oꝫ ad suꝑiorē potestatē. Si aūt sit dubiū obedire tenet. 23. q. 1. q̄d culpatur.

Utrū clic⁹ teneatur obedire episcopo qui imponit ei q̄ vadat Romam pro negocijs ecclie. Rñ. ſm Ray. Tenet: ⁊ nō va

let excusatio dicētis ꝙ aliꝫ sint magis idonei: q̄ in talib⁹ legationib⁹ non oꝫ hūc ordinē ſuare. ff. de lega. l. sciēdū. §. plt. Nec etiā pót valere excusatio ſm Host. ꝓpter curā rei familiaris: q̄ cōis vtilitas preferēda ē ꝑuate: ex̄ de postu. prela. bone. i. non tñ tenet obedire vt ꝓmoueat negocia contra seipm: vt in dicta. l. sciendū. §. si accusatio. A Facit etiā. c. petitio. ex̄ de iureiur. Predicta etiam notant in sum. con. li. 3. t. 33. q. 12. ⁊ se. B

Pone ꝙ eps precipiat capellano vl' mādet aliꝫ clico vt det libros ꝓpos nepoti ipsi⁹ epi: vl' vt renūciet bñficio: q̄ vult alteri ꝯferre: vl' aliqd huiusmodi: nūqd tenetur obedire. Rñ. ſm Ray. Nō ꝑtinet hoc ad episcopū. 7. q. 1. q̄ fr. Et addit ꝙ nō tenet clicus ad obiam ꝺ suis reb⁹ dādis. Intelligas sine cā: ar. ex̄ de cēsi. cū apls. §. ihibem⁹. 16. q. 1. predicator. Itē addit ꝙ si clicus habēs libros iept⁹ sit: ⁊ episcop⁹ precipit clico vt cōmodet clico bone idolis: vt i studio ad qꝺ ipsū mittit ꝓficiat: tūc obediendū vī: q̄ non mouet ipsū carnalitas: sed cōis ecclie vtilitas: ar. i dicto. c. q̄ fr. ⁊ ex̄ de magris super specula. Et hoc itelligas si de bonis ecclastici libri sint acqsiti: alit nō: ex̄ de testa. reqsisti. ⁊ de iurepa. cū dilectus. §. nos igitur. A Idem in sū. confes. co. ti. q. 14. B

Utrū clic⁹ magl debeat obedire episcopo suo q̄ꝫ archiepo. Rñ. ſꝫ Ray. epo nisi in qbusdā caib⁹ quos hēs. s̄. archieps §. 3. A Idem in summa. confes. co. titu. q. 15. B

OBedientia iiii. s. religiosoꝝ.

Utrꝝ religiosi teneant ꝓprijs prelatꝫ i oibus obedir. Rñ. ſꝫ Tho. scꝺa scꝺe. q. 104. Religiosi ꝓfitent obiam q̄ꝫtū ad regularē obſuādā cōuersationē ſm quā prelatꝫ suis subdunt: ⁊ iō q̄ꝫtuꝫ ad illa sola obedire tenent q̄ ꝑtīt ad regularē obſuātiā ꝑtinē. A Et ista vidēt omnia licita ⁊ honesta ⁊ possibilia q̄ manifeste nō trahūt ex̄ ꝓpriā professionē etiā ꝑ excessū: puta si precipet transit⁹ ad aliā religionē ēt artiorē: vel ꝙ subdit⁹ offerat se martyrio. In talib⁹. n. obia nō est necessaria: lꝫ qñqꝫ possit eē ꝑfectōis. In religs ꝟo honestis vī necessaria. nā cū alicui dat iurisditio seu ptās: ītelligunt ꝯcessa sine qb⁹ ptās explicari nō possūt. ff. de iuris. om. iudi. l. 2. ⁊ ex̄ de offi. ꝺle. ꝑterea. Patet aūt ꝙ multa ꝑñt occurrere q̄ prelatꝫ videbūt opportuna ad regularē obſuantiā q̄ singuli ex subditꝫ diiudicare nō poterūt: ⁊ forte videbūt eis ad talē obſuantiā nō opportuna. vñ si ꝺ eis oporteret ꝑlatos rōem subditꝫ reddere apte insurgeret q̄dā dubioꝝ scrupulosa ⁊ inexplicabil' ꝑplexitas ad regularꝫ obseruātie ⁊ recti ei⁹ status sbuersionē. l. nō oiuꝫ. ⁊ l. se. ff. de legi. Et ꝓpt hoc tenēt subditi i oib⁹ prefatꝫ obedire. B Et hec ē obia sufficiēs ad salutē. Si aūt ⁊ in alijs obedire voluerint hoc ꝑtinebit ad cumulū ꝑfectiōis: dū tñ illa nō sint ꝯ deū: aut ꝯ ꝓfessionē regulareꝫ q̄ talis obia eēt illicita. Sic ergo pót obia tripl'r distigui. vna sufficiēs ad salutē q̄. s. obedit i his ad que obligat. Alia ꝑfecta q̄ obedit i oib⁹ licitꝫ. Alia indiscreta q̄ ēt i illicitꝫ obedit. Con. Pe. A Idem in sū. cō. li. 3. ti. 33. q. 7. ⁊. 8. B

Utrꝝ monach⁹ teneat obedire abbati ꝑcipiēti ꝙ stet in scholis. Rñ. Sacrꝫ lr̄is itēdere nō ē ꝯ vacationē monasticā: lꝫ poti⁹ adiuuatiuū ꝯtenplatiōis: vt ⁊ manifestat. Tho. 2ª 2ᵉ. q. 188. Et iꝺ abbati ꝑcipiēti monacho ꝙ ad h⁹ i studeat ipse obedire tenet. Ire ēt ad studia publica pót cēte ⁊ dꝫ si abbas ꝑcipiat. Quin ēt sine ei⁹ mandato siue ꝑcepto ire pót: dū tñ vadat ꝺ sua lnia ⁊ cōsilio ⁊ ꝯuēt⁹: alr eēt excōicat⁹: ex̄ ne cle. vel mo. vt ꝑiculosa. li. 6. Et hūc casū plen⁹ habes. s̄. excōicatio. 1. §. 3. ꝟ. 13. A. Lꝫ hoc qꝺ ꝓxie dcm̄ ē fieri posit ñ tñ expedit. nā ad hoc ꝙ possit mōach⁹ i studio publico lr̄is sacrꝫ itēdē duo ꝑcipue exigūt. ꝑmū vt obediētia cogat: q̄ ex se dꝫ sēp velle i claustro manē. 2⁹ vt itētio ei⁹ nō sit ad gliā lꝫ ad sapiētiā aspirare: q̄ dic Hiero⁹: Monach⁹ nō doctoꝝ lꝫ plangētis hꝫ offm̄ q vl' se vel mūdum lugeat: ⁊ dñi pauidus prestoletur aduentum. 16. q. i monachus. ſm eundē Tho. ⁊ in sum. cō. co. ti. q. 10. Et ex his patet ꝙ religiosus tenetur obedire circa studium: lꝫ nō contineatur i regula. Et fac ad id qꝺ ꝓxime dictum est. B

Utrum monachus magis obedire teneatur abbati q̄ꝫ episcopo. Rñ. ſꝫ Ray. Monachi sunt astricti potius obedire abbati. 58. distin. ca. ꝑmo ⁊ secūdo A Idē in summa. confes. co. titu. q 15. B Unde non potest eps instituere monachum in

eccl'a seculari inuito abbate: vide. s. abbas §. pl't. Et vtrū abbas possit ꝓhibē mōacho subdito ne ꝯfiteaṫ epō: vide ibid. §. finali.

Utrū mōach⁹ teneaṫ obedire epō vocanti eū ad ministeriū vel comitatū suum inuito abbate. Rñ. ẜꝫ Host. Puto ꝙ nō: sꝫ hoc ē soli⁹ pape q̄ quēlibꝫ siue clicū siue mōachū pōt ad se vocare. A Etiā ad ministeriū: vt ī tex. de quo stati. B .9. q. 3. ꝑ ꝑncipalē. Qd̄ si ꝯsētiēte abbate vocat⁹ sit vl' etiā auctoritate pape: ⁊ ibi nō pōt statuta sui ordīs obſuaṙ: ꝯsulo ꝙ si pōt ad claustꝝ ṙuertaṫ: nec piculū suū expōat ꝯmodis alioꝝ. 41. dis. sic. ⁊ c. ñ ē. ⁊ c. nos. Si ñ pōt licētiā obtinē: nec ē hꝫ obedire: ar. ex̄ ꝺ offi. dele. siqñ. A Idē in sū. con. eo. ti. q. 20. ⁊ se. Et ītellige hoc nisi mōacho manifeste īmineat salutꝭ piculū: nā tūc in his sic̄ ⁊ ī alijs illicitꝭ nō eēt obediendū: vt. s. in ꝑn°. B

Magis sūt ṙligiosi astricti suis ꝑlatis obedire: q̄ꝫ clici sclares suo epō. Nā religiosi nō solū renūciauerṫ oībus tpalib⁹. sꝫ etiaꝫ ꝓꝑe volūtati. 12. q. 2. nō dicatꝭ. ex̄ de offi. ord̄ quāto. A Idē ī sū. con. eo. ti. q. 21. ẜꝫ Ra. ⁊ Hosti. Et addūt ꝙ clerici sūt magis astricti obedire epō q̄ꝫ laici: ar. 71. dis. ꝑuaṫ. B
c Utrū religiosi teneanṫ obedire epis Rñ. ẜꝫ Guil. In his q̄ nō sūt ꝯ deū vl' ordinē suū tenenṫ: saluis sꝑ ꝑuilegijs ⁊ ꝯstitutiōib⁹ eoꝝ: ex̄ de simo. ne dei. vñ si ꝑciperēt ꝑlato eoꝝ vl' subdito ꝙ irēt ad papā vl' regē vl ꝙ reciperēt ꝯmissiōes causaꝝ: vt visitationes seu executiōes testamētoꝝ ⁊ silia: nō tenenṫ obedire: lꝫ alios clicos possint epi ad talia cogē. Sūt ēt plures religiosi in talib⁹ expꝑsse ꝑuilegiati. A Idē in sū. con. eo. ti. q. 23. B Multa q̄ ad obiāꝫ ꝑtinē ꝑnt. s. mōach⁹. ⁊. j. religio. A Aduertendū etiā ꝙ religiosi nisi sint ꝑuilegiati sic ceteri clici tenenṫ petere licētiā a ꝓꝑo epō vt possint ordinari ab alieno: vt in sū. con. eo. ti. q. 22. Ubi ēt dꝛ ẜm glo. Ray. Nec approbo qd̄ faciūt q̄dā q̄ de ꝯuētu ad ꝯuētū mittūt frēs alterius diocē modicū ibi moraturos vt sic recipiāt ordīes ab epō loci: vl' alia que regulariter nō nisi a ꝓprio epō sūt recipienda. Et subdiṫ in dicta. q. 22. Nota tñ ꝙ hodie sup his frēs ꝑdicatores ⁊ minores ⁊ mlti alij sūt ꝑuilegiati. Et ad ꝑdicta facit. c. cuꝫ nullus. ex̄ de tēp. ord̄. li. 6. Itē si cleric⁹ habꝫ plures iudices quoꝝ vtriq̄ꝫ equalit̄ teneaṫ obedire: vel si duob⁹ epis ꝓmiserit obiāꝫ ⁊ ꝑcipiāt diuersa: ẜm Hosti. ⁊ ī sū. con. eo. ti. q. 16. dicēdū ꝙ vtriq̄ꝫ teneṫ obedire si potest: aliter obediat ei cui prio iurauit: q2 primū iuramentū licitū seruandū ē: ꝑsertiꝫ cū nō possit habē nisi vnū titulū: nisi forte rōe maioris bñficij trāslat⁹ intelligaṫ. Si āt ex sufficiēti dispēsatiōe ītitulat⁹ sit in duobus locꝭ et sub diuersꝭ ꝑlatꝭ tūc obediat ei a quo maius bñficiū hꝫ ⁊ q̄ vtili⁹ ꝑcipit: ar. ex̄ de testa. cū in officijs. ⁊ c. ṙlatū 2°. in fi. ⁊. ex̄ ꝺ postu. c. fi. Qd̄ si oīa eq̄lia sint: loc⁹ ē gratificatiōi. ff. ad syll'. se. con. siquis in graui. §. si cū oēs. Hec oīa locū hēnt in ordiarijs iudicib⁹. Ceteꝝ si duo sint delegati ꝯrīa alīcui mādantes: tūc locuꝫ hꝫ decre. ex̄ de rescrip. cū ꝯtingat. Ubi dꝛ ꝙ aut is cui mandatur aliq̄d a talib⁹ nescit inter iudices alīquā esse ꝯtrouersiā: ⁊ tūc exequaṫ mādatuꝫ illius q̄ primo mādat: nisi añ executionē innotescat ei de disceptatōe inter se. Receptꝭ aūt ꝯrijs mādatis a diuersis postulet copiā lr̄aꝝ ad vtrosq̄ꝫ iudices directaꝝ quas papa ꝑcipit exhiberi: ⁊ diligēter aduertat an scd̄e lr̄e reuocēt primas vel nō. Si prime reuocanṫ ꝑ secūdas obediat secūdis. Sin āt obediat prīs. Sed si de his clare sibi ꝑ lr̄aꝝ inspectiōeꝫ constare nō pōt: nō oportet exequi h⁹ vel illi⁹ donec ꝑ arbitros inter eos h⁹ī concertatio sopiaṫ. Caueat tñ ne fingat se certū vbi cert⁹ nō ē: aut dubitare vbi dubitandū nō est: ex hoc ēt lꝫ detur doctrina q̄liter his qui mandatur se habē debeat: nlla tñ ei tribuiṫ ptās: vt inter delegatos aut ꝑtes de iurisdictiōe debeat iudicare. Item circa hāc mām ī. c. fi. ex̄ de sen. ⁊ re iudi. sic diciṫ: Duob⁹ iudicib⁹ diuersas sñias ꝓferentib⁹: si ex iurisdictiōe ordinaria ꝓcesserunt tenet ꝓ reo nō actore sñia: nisi in causa fauorabili: puta mr̄imonio: libertate: dote seu testamēto: si ꝓ ipso fuerit ꝓmulgata Si vero ex delegata ptāte: vtraq̄ꝫ pendet sententia ex arbitrio delegātis. Qd̄ si ex compꝛomisso: neutra debꝫ habē vigorē. B

Oblatio.

Quot sīt spēs oblatōnū. Rñ. tres. Pria ē dōatio alic⁹ rei dō vl' eccl'e grātis facta inter viuos. De hac dictū ē. s. donatio prio: ꝑ totū: ⁊ supra eccl'a ꝑmo. §. 6. Scd̄a spēs oblationū ē donatio cā mortis: ꝺ qua s. donatio 2°. ⁊ hec etiaꝫ aliqñ dicitur mortuariū siue legatū ꝓ aīa. Tertia ē quotidiana ⁊ vsualis: quā faciunt fideles ad missā

ɿhᵒˢ/. ⁊ ista cõiᵒ dꝛ oblatio. A Hoc fuit dictũ Host. vt pꝫ i sum. cõ. li. i. ti. 15. q. 50. B

Cui debet dari oblatiões. Rñ. ꝫ Ray. Sacerdoti parochiali: qꝛ ꝓ pctis offerũt ꝓ quoꝝ remissiõe ille ex officio orare tenet. Aut si ecclia nõ pochial' dãde sũt plato illiᵒ ecclie. 10. q. i. qꝛ sacerdotes. ⁊. c. hac cõsuetudinẽ. 16. q. i. doctos. A Ray. dicẽ ꝙ oblatiões q̃ fiũt eccliĳs pochialibᵒ dãde sꝫ sacerdoti pochiali tm̃: qꝛ ꝓ pectis ⁊c̃. Uel si aliĳ eccl'e offerunt plato eiusdẽ ecclie dãde sũt. Qd̃ est veꝝ nisi cõstiterit donatorẽ aliõ voluisse ꝫm glo. eᵒ: vt i sũ. cõ. eo. ti. q. 51. B

Utꝝ liceat religiosis oblatiões recipe. Rñ. ꝫm Tho. scd̃a scd̃e. q. 86. Dicendũ ꝙ sic: ⁊ hoc triplr. ꝑmo modo si sint paupes ꝑ dispẽsationẽ sacerdotũ vl' ordinationẽ ecclie. 2ᵒ mõ si sint mĩstri altar]: ⁊ sic pñt recipe re oblatiões spõte factas. 3ᵒ mõ si pochie sint eoꝝ: ⁊ tũc ex debito possũt recipe sicut ecclie rectores: sicẽ ⁊ hic. j. §. 5. dicit in fi. A Idez in sum. con. eo. ti. q. 52. B

Cui eps celebrat cuiᵒ sũt oblatiões. Rñ. ꝫm Host. De iure cõi sũt epi: qꝛ sibi offerũtur a suis pochiãis. Nã tota sua diocesis parochia itelligit: ex̃ de rapto. c. i. ⁊ de poch. sup eo. Sed si de ꝯsuetudie ꝯrũi esset: seq̃ndã ẽ: dũ tñ eps consuetã canonicam accipiat. Qd̃ si eps in vno loco nimiã morã ꝯheret ⁊ nimis freq̃nt celebraret: aut i aliẽa diocesi secᵒ eẽt: ar. ex̃ de deci. suggestũ. Idez in archiepõ ꝓuinciã visitãte: ex̃ de cẽsi. romana. §. fi. li. 6. A. Idẽ i sum. cõ. e. ti. q. 53. B

Utꝝ oblatiões debeãt de necessitate ꝑcepti. Rñ. ꝫm Tho. scd̃a scd̃e. q. 86. Oblatiõnes de sui nã habẽt ꝙ voluntarie offerãt ꝫm illud Exo. 25. Ab oĩ q offert vltroneᵒ accipietꝭ eas. Põt tñ ꝯtingẽ ꝙ aliqs teneat ad oblatiões q̃drupliciratione ꝑmo qdẽ de ꝑcedẽti ꝯuentiõe: sicẽ cũ alicui ꝯcedit aliqs fundus ecclie: vt certꝭ tpibᵒ certas oblatiões faciat: qd̃ tñ hꝫ rõnez cẽsus. 2ᵒ ꝓpt preci dẽtẽ deputationẽ vl ꝓmissionẽ: sicut cũ aliqs offert donationẽ int' viuos: vel relinqt i testamẽto ecclie aliquã rẽ mobilẽ i posteꝝ soluendã. 3ᵒ ꝓpter ecclie necessitatẽ: puta si ministri s. n sacerdotes ecclie nõ habeãt vñ õ sustentent. Sꝫ h addit Inno. A immo vꝫ potiᵒ Host. ⁊ glo. Ray. vt in sũ. con. eo. ti. q. 54. B qd̃ itelligit nisi ⁊ ipi subditi ꝓpter paupɿtatẽ sacerdoti subuenire nõ possẽt: in quo casu q̃rat manibᵒ victũ. 91. dist. clericus victũ. 4ᵒ ꝓpter ꝯsuetudinẽ. Tenent eni fideles in aliqbᵒ solennitatibᵒ ad aliq̃s oblatiões ꝯsuetas: tñ his duobᵒ vltimis casibᵒ remanet oblatio quodãmõ volũtaria s. quãtũ ad quãtitatẽ vel spẽm rei oblate. Con. Ray. ⁊ Gof. ⁊ addũt ꝙ pochiani i hac pte ad tenendã ꝯsuetudinẽ cogi pñt ñ a sacerdote sed ab episcopo: cuius officiuz implorandũ est: ex̃ de simo ad apostolicaz. Idẽ Tho. A Idẽ in dicta. q. 54. Et additur ꝙ. c. omnis xp̃ianus. de cõse. dis. j. vbi vꝫ dici ꝙ oblatio omnino debeat fieri ꝫm Ray. ⁊ alios: intelligit de interiori oblatiõe quã qsqꝫ tenet oĩno facẽ: vel ꝙ loqt de consilio. Host. vero dicit ꝙ i precipuis festiuitatibᵒ tenet qs offerre ⁊ cogi põt: maxime cum sit quasi generalis ꝯsuetudo vbiqꝫ terraꝝ. Dictũ Ho. põt intelligi veꝝ si de hac ꝯsuetudine ꝯstat: ⁊ sic ꝯcoꝛ. cum eis. B

Utꝝ oblationes aliquoꝝ sint respuende. Rñ. ꝫm Ray. In detestationẽ criminis respui debent ab ecclia oblatiões inscriptorũ. s. notorie dissidentiũ. Itez eoꝝ qui pauperes opprimũt: di. 90. oblatiões. Itez raptoꝝ ⁊ vsurarioꝝ: ex̃ d rap. sup eo. ⁊ d vsur. qꝛ in omnibᵒ. Itẽ meretricũ. Similr etiaz eiᵒ qui ecclie imunitatẽ violauerit nec emẽdare voluerit. 17. q. 4. miror. Itẽ ꝓpter aliud crimẽ notoriũ ⁊ horrendũ. A ar. dicti. c. miror. ꝫm Ray. ⁊ in sum. con. eo. ti. q. 55. vbi pꝫ: ⁊ in iuribᵒ allegatꝭ ꝙ ꝑdicta itelligunt qñ crimina sũt manifesta ⁊ delinquẽtes emẽdari nolũt. B Similr d quolibet heretico vel publice excõicato. A Hoc dictũ de heretico publico vel excõicato fuit Host. q etiã addit: Sed presbyteri nr̃i tpis vix discernũt: vt in dicta. q. 55. B

Utrũ debeãt recipi ab ecclia oblatiões iudeoꝛuz. Rñ. ꝫm Guil. si nihil habẽt nisi ex vsura: ecclia nõ dꝫ recipere: ne videatur peccatꝭ eoꝝ cõicare. Et in hoc casu loqtur c. quãto de vsur. A i. ꝫm hanc distinctionẽ debet limitari. Ibi. n. dicit ꝙ iudei compellẽdi sũt ad satisfactionem eccliĳs ꝓ decimis ⁊ oblationibᵒ debitis: quas a christianis de domibus ⁊ possessionibus aliĳs percipe consueuerant anteqꝫ ad iudeos quocũqꝫ titulo deuenissent. B vbi aũt aliqd habẽt iusto titulo: potest ecclia ab eis exigere oblationes debitas. s. ꝫm Host. quãdo possessiones ipsoꝛum sunt obligate ad aliquas oblationes faciendas ꝓ septimo

tricesimo ãniuersario: τ h⁹i. A Sed certe isto casu nó videt facieda distinctio vtꝝ iudei hẽant aliqd aliud q̃ de vsura: sed indistincte dꝫ ecc̃lia oblatióes recipe cũ recipiat suũ: ex̃ de deci. de terris. Jó. c. quanto vꝫ itelligendũ de alijs oblatióib⁹: cum distinctione tñ Guil. p̃fata. B

Utrũ sacerdos possit recipe pecuniam oblatá ꝑ missis quas in pnia iniũxit. Rñ. fꝫ Host. Nó debꝫ missas quas ipe iniunxit celebrare: qꝛ spẽs mali ẽ: ex̃ de vi. τ ho. cle. cũ ab oi. Sed vel talia nó iniũgat: vel si iniungit dicat ei ꝙ ipas faciat celebrari per aliũ ita tñ ꝙ nó per vicinũ sacerdoté d̃ quo merito sit suspitio ꝙ ille sacerdos mittet aliuꝫ penitenté ad ipm: sed vel ipe ꝯfessor gratis celebret vel oblatũ hac occasióe paupib⁹ eroget. Qui offert alicui religioso loco vel ecclesie oia bona sua: nũquid itelligunt futura: aut iura τ actiones. Dic. ĩ. pign⁹. §. 4

O Bligatio.

Quot modis aliqua tacite obligantur: vide. ĩ. pignus. § 2. τ ibi de materia obligatꝫ per totũ.

O Bligatus ad ratiocinia

Utrum illi q obligati sũt ad rócinia qꝛ gerunt administrationé alicui⁹: vt sunt tutores: ꝓcuratores: τ h⁹i possint ordinari. Rñ. fm Ray. Si exercent h⁹i administratióes ꝓ psona seculari τ nó miserabili: nó possũt ꝓmoueri. 2i. q 3. c. i. τ. 2. ex̃ ne cle. vel mo. c. i. τ. 2. Si vero exercẽt ꝓ psona ecc̃liastica: vl' ẽt seculari miserabili: vt ẽ cec⁹: paup: pupill⁹: τ vidua pñt ꝓmoueri si aliud nó impediat: di 89. indicatũ. τ di. 88. peruenit. τ 16. q. i. monachi.

Sed qd si officiũ qd̃ gesserũt finitũ sit τ tñ sunt obligati ad ratiocinium. Rñ. fm Ray. Si non moueat eis q̃ó neq; mota ẽ bñ possunt ꝓmoueri: nisi manifestũ sit aliqué talẽ teneri de dolo: tc̃ eni eṕs d̃beret eũ ex officio suo repellere: sic τ quẽlibet criminosum siue ifamem. 2. q 7. alieni. 6. q. i. infames. ff. de postu. l. quos ꝓhibet. Si ṽo in ipsa ꝓmotione moueť eis questio vl' antea mota est: distingue qꝛ si q̃stio moueať d̃ dolo nó debẽt ꝓmoueri ante decisá litem Si di. tanꝗ. 23. di. illud. ex̃ co. c. i. Tamen debet taxari temp⁹ infra qd̃ q̃stio decidať: ar. g si, sint le, lator, τ g ma, accu, pos, ad hec, A Ibi non videtur haberi hoc. c. B C. de inge. ma. l. diffamari. Si vero q̃stio moueať de culpa tñ: talis potest ꝓmoueri nó obstáte actoris reclamatione: tñ lis postea ꝓcedet sicut ṗus τ sub eodẽ iudice. ff. de iudi. vbi ceptũ. ff. de iuris. om. iudi. l cũ quedá. A Predicta intelligunť de obligatꝫ rócinijs priuate psone: si vero reipublice: de hoc dicitur in sequenti. §. B

Utrũ q sunt obligati reipublice possint ordinari. Rñ. si sint obligati reipublice ex administratione quam gesserũt nó debent ꝓmoueri ante reddita rócinia: di. 5i. ṗterea. C. de epis. τ cle. officiales. Secus si al'. reipublice sint debitores. ff. de mu. τ ho. l. rescripto. §. debitores. C. d̃ epis. τ cle. q̃sq̃ emersis. A Idꝫ i sum. con. li. 3. ti. 16. q. 4. Ubi etiá pꝫ. τ i iurib⁹ allegatꝫ ꝙ quo ad obligatos rócinijs reipublice nó fit distinctio: vtꝝ mota sit q̃ó vel nó.

Utꝝ obligatus ꝑ iuramentuꝫ vel alio modo ad aliqd dandũ vel faciendũ possit ordinari. Rñ. fm Ray. Bene potest sꝫ remanet obligatus sicut τ ante: vel pót scribendo: vel alia honesta faciédo satisfacere. Non obstat di. 53. legem. τ di. 54. quicũq; qꝛ illa intelligunť de ꝑpetuo obligatꝫ: puta de seruis: curialib⁹ τ huiusmói. Si tñ obligatus erat ad indecẽtia: puta ad ministrádum i balneis: vel i tabernis: vel ad purgádũ cloacas τ h⁹i: nó dꝫ ordinari donec satisfecerit: vel aliũ eque idoneum supposuerit ad talia. A Hoc vltimũ dcm̃ a ṽo, si tamẽ τc̃. fuit glo. Ray. vt pꝫ i sum. con. eo. titu. q. 5. ad fi. Et addit: Sed in tráseunte ad monasteriũ hoc nó reqriť: hoc est: qꝛ non obstáte quacũq; obligatione dádi vel faciendi etiá iuramento firmata pót qs libere ad religionem trásire: iux̃ facultaté suá satisfaciédo creditorib⁹: si hoc non faciat ex leuitate vel voluntate subtrahédi debitum sed ex charitatis feruore τ spũs sácti inspiratione. Nec facit iste iniuriá creditori. Excusať. n. spiritus sácti auctoritate cui nemo resistere potest. 19. q. 2. due sunt. τ ex̃ de regu. lꝫ. vt patet in dicta. q. 5. B Utruꝫ obligatus ad ratiocinia possit ingredi religionem: regre. ĩ. religio. 2. § 7.

O Eculta.

Quomodo τ qualiter talia corrigenda sunt: habetur. s̃. correctio. 2. §. 5. Item require. ĩ. reuelatio.

A al' paraferñū fm Catholicon. B Paraferna ē qcqd hꝫ mulier pter dotē: ꝛ dr̄ a para qd̄ ē iuxta ꝛ ferna qd̄ ē dos: q̄si iuxta dotē: lꝫ in qbusdā regionib⁹ talia nō habeāt locū: vbi fꝫ ꝯsuetudinē vir oīa imobilia mulieris recipit in dotē: ꝛ oīa mobilia sūt cōia. Hꝫ aūt paraferna puilegiū ad instar dotis. Sicut .n. vxoꝛ hꝫ oīa bona mariti tacite obligata p dote: sic ꝛ p reb⁹ parafernalib⁹ marito datis: nisi per spālē ꝛ expssā obligatōeꝫ sibi puiderit: qꝛ tūc alij videt renunciare. C. de pac. con. l. fi. A Ideꝫ in sū. li. 4. ti. 25. q. 3. fm Ray ꝛ glo. ei⁹. B Quin etiā fm Hosti. si parafernalia iferant in domo viri eo sciēte cōuenitur marit⁹ depositi vl' mādati nisi dñiuꝫ translatū fuerit in maritū. A Qd̄ nō psumit nisi expꝛesse appareat fm eūdem Hosti ꝛ i dcā. q. 3. B qꝛ tūc aget ꝯdutōe certi vel sine cā: vel ob cāꝫ A Ista sunt noīa iuris que paꝝ faciūt ad foꝝ pnīale: ꝛ ipoꝛtāt in effectu ꝙ q̄ hꝫ ius petendi actōe psonali. i. iuris: qd̄ respicit obligatōeꝫ psone ꝛ nō rei. B De parafernalib⁹ nō dꝫ se marit⁹ intromittere muliere inuita: qꝫuis bonū videret: vt sic mulier seipam viro ꝯmittit: sic ꝛ cōmittēt res suas. C. de. pac. con. l. hac lege. A Ideꝫ in dicta. q. 3. B

Parentes.

Utrū filij teneantur alē parentes. Rñ. Filij locupletes tenēt nutrire parētes egēos: sic pētes locupletes tenent filios. Et noīe parētū ꝛ filioꝝ siue liberoꝝ itellige oēs ascēdentes: in anc̄. vt lice. ma. ꝛ auie. §. illud quoqꝫ. coll' 8. Cessat tñ hec obligatio fm Hosti. si illi pñt sustētari de bonis ppꝛijs vel de suo artificio. A Nā hec obligatio alendi nō cadit nisi circa indigētes: dcō. § illud. B Et de hoc ēt. s. familia. § i. ꝛ. s. expositus. Utꝝ aūt opera pietatis in parentes possint ptermitti occasione religionis: regre. ĭ. religio. §. 3.

Paricida

ppꝛie dicitur q patrētē occidit: q̄i parēticida. Sed tñ lex q̄ punit paricidas locū hꝫ i oīb⁹ ascēdētib⁹ ꝛ descēdentibus i infinitū. Ite locū hꝫ in vxore: viro nuru: genero: vitrico: socero: patruo: auūclō: amitta: ꝯsobꝛio: patruele: patrono: nouerca: spōsa: pr̄e ꝛ mr̄e spōsi ꝛ spōse. Et silr̄ itelligas si femīa pdictas psonas cōiūctas occiderit vl' ab eis occidat. Item qui emit venenum vt hoc fieret. ff. eo. l. i. 3. ꝛ. 4. A in dcā. l. i. dr̄: Et q emit venenū vt pr̄i daret qꝫuis dare non potuerit. B silr̄ oēs ꝯscij tenentur. ff. eo. l. vtrum.

Que est pena paricide. Rñdeo fm leges est vt pmo virgis cedat: deinde sacco coꝛij ꝯsut⁹ cū cane ꝛ gallo gallinatio: vipera ꝛ simia in mari iactet: vel in amnē pximū: vt oīum elemētoꝝ vsu careat: ꝛ celum supstiti: ꝛ terra moꝛtuo auferat: ꝛ si mare vel amnis nō sit pximus: bestijs subijcit. C. eo. l. i. ff. eo. l. plt.

Parochianus

alienus in festis de missa eijciendus est: vt. s. missa. §. plt.

Paterfamilias

debet regē ꝛ educare familiam suam: vt supꝛa familia. §. i. ꝛ supꝛa expositus. ꝛ. s. parētes.

PAtientia qd sit R° fz Tho. scd̄a scd̄e q.136. Sicut dic̄ Aug⁹ in li. de patientia. Patiētia ē q̄ equo animo mala toleram⁹ ne animo iniquo bona deseram⁹: p que ad meliora pueniam⁹. De qua etiā dī Jac. p° Patiētia opus pfectū hz. Et Greg⁹ in homil. Patiētia ē radix ⁊ custos oīuz virtutū

Utrū iniurie semp sint patient̄ sustinende. Rn̄. fm Tho. scd̄a scd̄e q.108. Mali tolerādi sūt a bonis i hoc q̄ ab eis iiurias pprias patient̄ sustinēt fm q̄ oz. Un̄ super illud Cant. 2. Sic̄ liliū int̄ spinas. dic̄ glo. Nō fuit bonus q malos tolerare nō potuit. Non aūt tolerāt eos vt sustineāt iniurias dī ⁊ primoꝝ. Un̄ Chryso⁹ sup Matth. In iniurijs pprijs eē quēpiā patientē laudabile est: iniurias aūt dei dissimulare nimis est impiū. Hoc tñ intelligendū ē quādo iniuria illata psone ad solā psonā ptinet Tūc. n. patient̄ sustinendū est. Quādo aūt redūdat i iniuriā dei vel ecclie: tūc debet aliqs ppriā iniuriā vlcisci: vt pz de helia qui fecit descendere ignē sup eos q venerāt ad ipm capiēdū. 4. Re. p° Sic̄ helise⁹ maledixit pueris ipm irridētib⁹ 4° Re. 2. Et Silvester papa excōicauit eos q ipsū in exiliū miserūt: vt. 23. q. 4. Guilisari⁹. H⁹ i. n. pcepta patiētie intelligēda sūt fm pparationē animi: vt Aug dicit li. de smōe dn̄i i mōte

Utrū pcutiēti vnā maxillā semp altera sit pbenda. R° fm U. Aug⁹ in epla de puero Cēturionis dicit q̄ pcepta patiētie magis sunt ad pparationez cordis q̄ȝ ad op⁹ qd̄ i apto fit: vt i secreto teneat̄ animu patiētia. In manifesto aūt id fiat qd̄ eis videtur quib⁹ bene velle debem⁹. Unde ⁊ dn̄s se pcutientē reprehēdit: Jo. 18. ⁊ Paul⁹ pcussus in facie dixit pcutiet te deus paries dealbate: Act. 23. Si aūt hoc nō pdest: tūc percutiēti vnā maxillā q̄ȝtū ad animu promptitudinē exhibēda est altera: nec resistendūz est malo: q̄ per patientiā psecutores deo lucrari possum⁹. Ad materiā patiētie pertinere potest. s̄. ira. ⁊. s̄. contumelia. §. fi. ⁊. j. vindicatio.

PAtriarcha ⁊ pmas sunt diuersa nomina sed cōiter idē sūt in re. 99. di. puincie. Prope tñ dicūt̄ ptiarche q̄tuor pncipales. s. Cōstātinopolitan⁹: Alexādrin⁹: Antiochen⁹ ⁊ Hierosolymitan⁹. Et fz ordinē hic positū ē ēt eoꝝ maioritas: vt ex̄ de priuil. antiqua. Alij vero proprie dicūtur pmates: vt Aquilegiēsis: Gradēsis: Cantuariensis: ⁊ h⁹i. A Idem in sū. li. 3. ti. 27 q. 2. fm Ray. ⁊ glo. eius. B

Quot sūt puilegia q̄tuor pncipalium ptiarchaꝝ. Rn̄. Quatuor sūt. Primū est q̄ postq̄ȝ receperūt palliū a sede aplica cōferūt palliū metropolitanis q sunt sub eis. Scd̄m est q̄ recipiūt fidelitatis ⁊ obedientie iuramētū p se ⁊ p Romana ecclia. Tertiū est q̄ faciūt an̄ se vbiqȝ crucē deferri: nisi vbi papa fuerit aut ei⁹ legat⁹ vtēs isignijs papalib⁹. A i. apostolice legatiōis: vt in dicto. c. antiqua. B ⁊ nisi in vrbe Romana. Quartū ē q̄ appellat̄ ad ipos omissis medijs. Hec omnia habent̄ ex̄ de priuil. antiqua. in tex. ⁊ glo. precipue Inno. A Con. glo Ray vt in dicta. q. 2. Sed vt ibi pz aliq dicūt q̄ ecclia Cōstantinopolitana habz vltra alios ptiarchat⁹ duo spālia priuilegia similia Romane ecclie: vz q̄ deponit epos suos sicut Romana ecclia: ar. 3. q. 5. q̄ suspecti. Itez q̄ appellat̄ ad ipam sicut ad Romanā omissis medijs: ⁊ hoc dicunt velle canonē illū: renouātes. 22. distin. vbi ⁊ h° sētit glo. ⁊ ibi etiaz id dic̄ de Alexādrino: ponit tñ sub dubio. Sed in dcā. q. 2. dī fm Hug. q̄ Alexandrin⁹ nō pōt deponē epos iconsulto papa: nisi sup hoc habeatur spāle priuilegium. B

Sed q̄ iurisditio ptiarche siue pmatis i sbditos suffraganeoꝝ suoꝝ. Rn̄. fz Ray. Habēt iurisditionē i octo casib⁹. Prim⁹ est cū appellat̄ ad eos: di. 99. puincie. 2⁹ cū vacat ecclia metropolitana ⁊ postulat̄ primas q̄ disponat de reb⁹ ad metropolitanū ptinētib⁹. s. custodiēdis: ex̄ de offi. or. p sen. li. 6. 3⁹ ex ꝯsuetudine vl̄ puilegio. A s. pōt agere qd̄ sibi ex his ꝯcedit̄: vt in. c. cō q̄st⁹ de quo. j. B Hos duos cas⁹ hēs. 9. q. 3. conquest⁹. 4⁹ cuz sup arduo negocio dubitat̄: nec pōt in puinciali cōcilio terminari: tūc. n. metropolitan⁹ dz pmatē ꝯsulere: di. 18 de ꝯcilijs. A Hoc. c. nō vī ibi hēri. Idē tñ nōtur in sum. co. ti. q. 3. B 5⁹ cū metropolitan⁹ ē negligēs: vel remissus pōt supplere defectū ei⁹. 9. q. 3. cū sim⁹. 6⁹ cū aliqs cōquereret̄ de archiepo pmas eēt iudex. xi. q. 1 si clicus. 7⁹ si subdit⁹ metropolitāi ꝯqueraf pmati q̄ iniuste ipm excōicauit: ⁊ pmas remittat eū ad metropolitanū

v̇ t absoluat: ⁊ ille nõ posset absolutionem
obtinere poterit absoluere p̄triarcha: ita q̄
p̄cipiat ei q̄ metropolitano satisfaciat: al's
reducet eũ in eandẽ sniam. A nisi ꝯstitẽit
eũ iniuste excõicatũ: vt in.c.de quo statim
B ex̄ de offi.or.ad reprimẽdã.8ᵘˢ est q̄ si
archiep̄s vl' ep̄s fecit mandatũ illicitũ vl' in
iustũ: ⁊ subdit⁹ appellauit ad papã: põt p̄tri
archa declarat̄ q̄ subdit⁹ legitĩe appellauit
ar.ex̄ de appel.solicitudinem. A Idem
in dicta.q.3. B

Patronus siue ius

patronatus. Ius p̄tronat⁹ ſm Host.
ẽ p̄tãs represẽtandi instituendũ ad bñficiũ
ecclĩasticũ. A s.simplex ⁊ vacãs ſʒ Ray.
⁊ in sũ.li.i.ti.i.q.80.vbi notat̄ hec omnia
q̄ in isto p̄nci.ponũtur ſm Ray.Goff.In
no.Hosti.⁊ Ber. B ⁊ p̄uenit: vt Goff.
dicit de ecclie fũdatiõe: dotatiõe: soli colla-
tiõe.16.q.7.filijs.⁊.c.q̄cũq̄ʒ.Unde v̄sus:
Patronũ faciũt dos edificatio fundus. Et
ius p̄tronat⁹ ſm diuersas regiones diuersi
mode noĩat̄. Quandoq̄ʒ dr̄ aduocatõ: ex̄
eo.q.clici. Quãdoq̄ʒ vicedñat⁹ vl' custo-
dia siue guardia: ex̄.c.p̄terea.⁊.c.qm̃. Qñ
q̄ʒ dr̄ ius frequẽtatõis vel p̄cessiõis.16.q.
7.pie mẽ.⁊.c.frigẽti⁹. Hec.n.oĩa p̄ eodẽ
supponũt: ex̄ de sta.mo.in singul.§.fi.

Quod ius ꝯpetit patrono ecclie. Rñ.
Quadruplex ius ꝯpetit ei. Unñ v̄sus patro
no debet̄ honor onus emolumentũ. Pre
sẽtet p̄su defẽdat alat egen⁹. Primũ g° ẽ q̄
ip̄e hʒ p̄ñtare istituẽdũ ad p̄bẽdas: siue ec
clias nõ collegiatas: ex̄ e.fere p̄ to. In col
legiatis v̄o nõ electiõi faciẽde: sed iã facte
postulat̄ assens⁹ p̄roni. A ⁊ etiaʒ faciende
qñ sibi est ꝯcessũ ab ep̄o i fũdatione ecclie ⁊
si patron⁹ ẽ clic⁹. Si vero laic⁹ a papa: vt i
in.c.de quo stati ꝯiuncta glo. B ex̄ e.no
bis. Scdm̃ est q̄ q̄ p̄ncipal' p̄mus in p̄cess
sione icedit.16.q.7.pie mẽtis.⁊.c.frigenti⁹
A In his iurib⁹ nõ vr̄ hoc bñ p̄bari: sed
facit dictũ.c.nobis. B Tertiũ est q̄ defẽ
sor est p̄cipu⁹ ecclie: ⁊ ideo tenet̄ eã defẽde-
re ab omnibus oppressorib⁹.16.q.7.filijs
Quartũ est q̄ si vergat ad inopiã alend⁹ ẽ
de bonis ecclie: vt i dcõ.c.filijs.⁊.c.q̄cũq̄ʒ
Itẽ in ipsa fundatiõe potest patron⁹ laicus
de ꝯsensu ep̄i certuʒ censuʒ tenẽ: ex̄ eo.pre-
terea 2°. Sed vltra nihil dʒ exigere nec in a
liquo grauis eẽ: ex̄ de sta.mo.in singulis

§.fi. Sʒ qñ p̄ronus ẽ loc⁹ religiosus: vt si
aliq monachi in p̄prio solo ⁊ p̄p̄rijs expen
sis ecclĩã edificauerũt: habẽt i eo oĩa t̄palia
sicut episcopus oĩa sp̄ualia: vt.16.q.2.sane
⁊.c.statutũ.ex̄ de p̄uil.cũ ⁊ plãtare.§.i eccle
sijs.⁊ de capel.mo.c.i.⁊ hẽnt nichilomin⁹
ius p̄sentandi: ex̄ de sup.ne.p̄la.sicut. A
Predicta etiaʒ tangũtur in sũ.eo.ti.q.81.
ſm Hosti.⁊.Gof. B

Sʒ infra qd̄ t̄ps dʒ p̄ñtara p̄ron⁹. R°
Si ẽ patronus laic⁹ tenetur infra quatuor
mẽses. si est eccl'a vl' monasteriũ tenet̄ infra
sex mẽses: etiã si ius p̄ronatus habuerit ex
collatiõe laici: eo.si laicus.li.6. Aliter ep̄s
ordinabit de eccl'a.ar: ex̄ eo.c.3.⁊.c.cũ p̄pt̄

Quid si p̄ronus p̄ñtet p° vnuʒ ⁊ po-
stea aliũ: R°. Si p̄ronus est laicus iudicio
ep̄i reliquitur quẽ velit acceptare. A Uerũ
est si 2° p̄ñtatus est eque idoneus cũ p°: vt i
c.cũ aduocatus: de quo.j. B Si est col
legiũ vel eccl'astica p̄sona variare nõ põt sʒ
p̄mus p̄ferẽdus est: ex̄ eo.cuʒ aduocatus

Quid si vnus construat ecclĩã ⁊ ei plu
res succedãt: nũquid oẽs erũt p̄roni: Rñ.
Ius p̄ronat⁹ apud quẽlibet hẽduʒ est iso-
lidũ etiã si ex eq̄lib⁹ p̄tibus sint heredes: ⁊
ꝯpetit cuilibet patrono quo ad oẽs effect⁹
p̄ter sacerdotis p̄ñtatiõem: que ẽ ita apud
omnes cõiter q̄ apud nulluʒ singulariter:
ex̄ eo.c.i.⁊.2. A Et etiam preter censũ q̄
debetur ex iure patronatus cum oĩa debita
⁊ credita diuisibilia debeãt diuidi p̄ here
ditarijs portiõib⁹.C.de acqui.here.l.pro
hereditarijs B

Quid si patroni sint plures ⁊ nõ cõ-
cordãt in p̄ñtando. Rñ. Ille debet p̄fici q̄
maioribus iuuat̄ meritis ⁊ a p̄lib⁹ eligit̄:
ex̄ e.qm̃ Qd̄ si numerus est equalis: recur
rẽduʒ est ad merita.63.dis.si forte. Si oĩa
sint equalia põt ep̄s dicere q̄ cõcordent ⁊
iterũ p̄ñtent.79.dis.si duo. Si v̄o non cõ
cordãt locus est gratificatiõi: ex̄ de elec.ve
nerabilẽ.§.obiectiõi.v̄.q̄ aũt. Sʒ si neut̄
põt poni sine scãdalo: tunc ep̄s eccl'iaʒ or-
dinabit p̄ut viderit melius expedire: vt in
dicto.c.qm̃. A Ideʒ ſm Hosti.vt in sũ.
li.i.ti.i.q.85.⁊ addit q̄ si ep̄s talẽ ecclĩam
ordinare ñ põt: tũc ecclĩã iterdicere dʒ ⁊ re
liqas extrahere i p̄atnor̄ verecũdiã ⁊ rubo
rẽ: ex̄ eo.c.i.⁊ 2.⁊ ſm Inno.Ber.⁊ eũ.
Hosti. intelligendum est de reliquijs que
sunt extra altare in capsis: al's non liceret

Quod si nec sic possunt cõpesci vl'ad ꝯcordiam reuocari: tũc putat recurrendu3 ad brachiũ secl're: ex̃ d̃ offi. or. c. i. vt in dicta. q 85. Et hec intelligẽda sũt nisi ex his maius scandalũ oriretur: tũc. n. omittẽda forẽt. 50. di. vt cõstituereꝫ. ꝛ interi durante discordia poneꝫ ab ep̃o in eccl'ia iconom⁹ appellatione cessãte: qui ei⁹ fruct⁹ aut expẽdet i vtilitatẽ eccl'ie: aut instituẽdo fideliꝫ reseruabit ex̃ de offi. ordi. cum vos. B

Nunqd patroni iter se possunt pacisci vt alternis vicib⁹ p̃ñtẽt. R° s3 Ber. Sic: ar. ff. de vsufruc. l. quotiẽs. §. i. ꝛ in cle. plẽs. ex̃ eo. A Et ibi hoc clare hꝫ. B Idẽ Ho. Sed Inno. nõ placet: qđ potest itelligi ꝙ honesti⁹ eẽt si concordarẽt sẽper.

Quid si inꝫ p̃sẽtãtes sit qõ qs sit patronus. Rñ. si non fuerit finita ifra ꝉminũ de q° dcm̃ ẽ. s̃. §. 3. ep̃s istituat saluo iure ei⁹ q vicerit: ex̃ eo. si vero. ꝛ. c. qm̃ si in qbusdam A In dcõ. c. si vero. dꝫ: ꝙ ille q euicerit d3 istitutũ ab ep̃o repr̃esẽtare. B

Quid si patron⁹ p̃ñtat nõ idoneũ seu idignũ. R° si patron⁹ sit collegiũ siue p̃sõa ecclesiastica p̃uat⁹ est pro ea vice iure presentãdi: ex̃ de elec. cũ in cunctꝭ. ex̃ de sup. ne. negla. sicut. Similiꝫ etiã ſm quosdã si patron⁹ laicus sit: p̃uatus ẽ iure p̃ñtãdi ꝓ ea vice ꝛ deuolutũ ẽ ad supiorẽ: vl' saltez p̃uari d3: ꝛ tñ vt addit Inno. bñ facit ep̃s si interi3 remittat ꝓuisionẽ laico patrono. A Ho. dicit hoc cãu ꝙ patron⁹ laicus. ẽ ipso iure p̃uatus: sic̃ ꝛ cleric⁹. Dic̃ tñ ꝙ ep̃s põt ei reconcedẽ repr̃esẽtationẽ: vt in sũ. eo. ti. q. 88 Glo. vero in. c. cũ vos. ex̃ de offi. or. dic̃ ꝙ ñ est p̃uatus vl' p̃uãdus: qꝛ laicus ẽ min⁹ exp̃tus circa eccl'iastica: ꝛ qꝛ habet minus tp̃s ad pr̃esẽtandũ q̃ c'licus. Vñ ꝛ laicus in p̃sentando variare potest: sed non clericus ex̃ eo. cum autem. B

Utrꝫ patronus possit pr̃esẽtare seipsu3 R° Non: q̃tũcũq3 sit idoneus idoneus: ex̃ eo. p nr̃as. 8. q. i. in scripturis. Si tñ plẽs sunt patroni bñ possũt vnũ de se pr̃esentare: ar. ex̃ de elec. cũ in iure. A Idem in sum. eo. ti. q. 89. ſm Ho. Gof. ꝛ Ber. B

Utrꝫ pꝛ possit filiũ vel nepotẽ p̃ñtare. R° s3 Ho. Põt: dũmodo sit idone⁹: qn potius vꝫ pr̃esẽtand⁹ q̃ alius: ar. ex̃ de cohabi. cle. ꝛ mu. c. i. ꝛ ex̃ de cẽsi. cũ apl's. §. inhibemus. Con. Gof. Inno. ꝛ Ber. A Idem i sum. eo. ti. q. 90. B

Quid si vacãte eccl'ia vocat patronum ꝛ ꝯfert ei. Rñ. ſm Ho. Si nõ habuit originẽ a se sed ep̃i motu ꝓprio ꝯtulit ei: credo ꝙ possit ꝯsentire voluntati prelati: ar. ex̃ de elec. cũ in iure. A l3 aliq ꝯdixerint: vt in sum. eo. ti. q. 91. B

Utrꝫ ius p̃ronat⁹ sit sp̃ũale. R° Ius patronat⁹ directe nõ dꝫ ius sp̃ũale eo ꝙ cadit i laicũ. Tñ ſm qd põt dici sp̃ũale eo ꝙ p ip̃sum prestaꝫ via ad ꝯsequẽdũ sp̃ũale bñficium: iõ etiã vocaꝫ ãnexũ sp̃ũali: ex̃ eo. de iure. ꝛ de iudi. quanto.

Qualr ius p̃ronat⁹ trãsferaꝫ i aliũ. R° ſm Ho. Quatuor mõis. p° qdẽ p successionẽ hẽditariã: vt hꝫ. s̃. §. 5. 2° ex p̃mutatõe: qꝛ cũ alio sp̃ũali p̃mutari põt. 16. q. 7. nemini ex̃ de rerꝫ p̃mu. ad qõnes. ꝛ. c. fi. 3° ex donatiõe. Et qdem si ius patronat⁹ donaꝫ laico reqriꝫ ꝯsens⁹ ep̃i: ex̃ eo. p̃terea. maxie qñ dubitaꝫ ne fiat in fraudẽ ꝛ trãsferaꝫ i potẽtiorẽ vt ibi inuiꝫ. Si v̊o doneꝫ c'lico non requiriꝫ ꝯsens⁹ ep̃i: ex̃ eo. ex insinuatiõe. c. illđ. ꝛ. c. significasti. A Ho° vꝫ verꝫ qñ eccl'ia vacat alr vꝫ ꝙ sine ꝯsẽsu ep̃i nõ possit donari ẽt p̃sone eccl'iastice: vt in dcõ. c. illud. B 4° ex venditiõe: qꝛ l3 ñ possit vẽdi sp̃ãliꝫ: ex̃ eo. de iure. tñ trãsit cũ vniuersitate nisi de ip̃o sp̃ãliꝫ excipiaꝫ: ex̃ eo. ex lr̃is. ꝛ. c. cũ ſm Silr trãsit cũ vniuersitate i' ꝯductiõe ad firmã siue ad pẽsionẽ: vt in. eo. c. ex lr̃is. A Idem i sum. eo. ti. q. 84. B

Utrũ possit pignori obligari. Rñ. De hoc sunt opiniones. Quidã dicũt ꝙ potest obligari cũ vniuersitate: v̊ior tñ vꝫ opinio Inno. ꝙ nec simplr nec cum vniuersitate potest pignori obligari. A In dicta. q. 84 referuntur de hoc opiniones nullam p̃ferẽdo. S3 forte dcm̃ Inno. potest verificari ex eo ꝙ creditor nõ potest vti re pignorata: nec debitor quando trãsit in creditorem ꝛ sic cum neuter possit presentare fieret detrimentum ecclesie: qđ non debet esse: dicto c. cum ſm. B

Utrũ possit in feudũ dari. Rñ. Cũ vniuersiate dari potest: ex̃ eo. cum ſm. Sed sp̃ãliter ꝛ exp̃sse ſm Hosti. non põt: qꝛ feudũ reqrit homagiu3: qđ est rei' tp̃alis. A Idem in sum. dcã. q. 84. B Si ecclesia hẽt patronũ vtrũ ꝯferri possit p legatũ: vide. s̃. legat⁹. §. 3. De his q d̃ nouo vsurpãt sibi ius p̃ronatus vacantium eccl'iarꝫ: vide s̃. eccl'ia. i. §. antepl't.

PEccatum primo cõit. Atꝝ volũtas ⁊ op⁹ exteri⁹ sit vnũ pctũ. Rñ. fm Pe. Si loq̃mur de volũtate ⁊ ope ꝓut sũt ↄiuncta: vt cã ⁊ effectus: sic sũt vnũ peccatũ formalit lȝ pl'a mãlit: qꝛ vna est rõ deordinandi: lȝ pl'a deordinata. Si vo loq̃mur ꝓut sũt separata: vtputa fȝ aliud ⁊ aliud tpꝰ sũt diuersa peccata: qꝛ diuerse auersiones ⁊ ↄuersiões. A Idẽ in sum. li. 3. ti. 34. q. 197. B

Quõ vnũ peccatũ sit graui⁹ alio. Rñ. Si loquamur de peccatꝭ eiusdẽ generꝭ inuenitur vnũ peccatũ graui⁹ alio fm gradum trãsgressiõis: vt manifestũ est de peccatꝭ luxurie. s. luxuria §. i. ⁊ eodẽ mõ ƌ aliꝭs. Si vo loq̃mur de peccatꝭ diuersoꝝ generꝝ erit peccatũ graui⁹ alio pcipue fm diuersitatẽ obiectoꝝ. s. fm q̧ est ↄ aliq̃d pncipali⁹ vel minus pncipale. Vñ homicidiũ qƌ est ↄ substãtiã hoĩs est graui⁹ peccato: qƌ est circa res exteriores sic furtũ: ⁊ similit graui⁹ q̃ homicidiũ ẽ peccatũ qƌ imediate ↄ deũ ↄmittit: sicut ĩfidelitas blasphemia ⁊ h⁹i: vt ponit Tho. pma scƌe. q 73. Et idẽ habetur pót. 33. q. 2. si q̃d veri⁹. vbi dꝛ q̧ homicidiũ est graui⁹ q̃ adulteriũ. ⁊. 17. q. 4 sic q. vbi dꝛ q̧ sacrilegiũ ẽ maius pctm̃ q̃ fornicatio. A Cõ. Ray. vt ĩ sũ. eo. ti. q. 200. B

Scõm qd vnũ pctm̃ possit eẽ grauius ⁊ leui⁹. Rñ. fm Ray. Prio quidẽ ex circũstantiꝭs. Nã ⁊ circũstãtia quãdoq̧ talis est q̧ nõ solũ aggrauat: sed etiã in aliã spẽz trahit: sicut fornicatio cũ fit cũ ↄiugata dicitur adulteriũ. Sȝ ⁊ 2° aggrauat pctm̃ ex psona: puta inhonestas ĩ clico graui⁹ puniẽda est q̃ in laico: ar. ex̃ de vi. ⁊ hone. cle. vt clicorum. Et de hoc etiã dꝛ in se §. Itẽ aggrauat 3° ex actu ipi⁹. Idẽ. n. pctm̃ malum est ĩ ↄsensu: pei⁹ in facto: pessimũ in consuetudine: de quo Aug⁹ Peccati sũt tres differẽte. s. in corde: in facto: ⁊ in cõsuetudine de pe. di. 2. sicut. Itẽ aggrauat 4° ex moruo: qꝛ vt ait Greg⁹. Peccatũ trib⁹ modis ↄmittit. Nã aut ex ignorãtia: aut ex infirmitate: aut studio ppetrat: et graui⁹ q̃dẽ infirmitate q̃ ignorãtia: sed multo graui⁹ studio q̃ infirmitate peccat: de pe di. 2. sciendũ A Ambrosi⁹ aũt dicit q̧ grauissime peccat q ignorat: sed illƌ expon t. i. piculosissime: qꝛ spãlis pnĩa non agit de peccato qƌ ignorat fm Ray. ⁊ in dcã. q. 200. vbi etiã subdit. Nõ obstat etiã dictũ Clemenꝭ 32. q. 7. c. q̃d vbi dꝛ: Quid ĩ omnib⁹ peccatꝭ graui⁹ est adulterio: qꝛ in eo q̧ dicit q̃d: nõ infert negationẽ sed raritatẽ: quasi dicat: ƌ facili ĩ iuenit. Al expone gui⁹. i. cõius B

Utrũ magnitudo peccãtꝭ aggrauet peccatũ. Rñ. fȝ Tho. ĩ pma scƌe. q. 74. Peccatũ quãdoq̧ fit ex surreptiõe ꝓueniens ex infirmitate humane nãe. Et tale peccatum m n⁹ imputat ei q est maior in vtute eo q̧ min⁹ negligit h⁹ ĩ pctã repmere: q̃ tñ omnino subterfugere ĩfirmitas humana nõ sinit. Peccata vo que ex delibatione ꝓcedũt tãto magis alicui imputãt: q̃to maior est. Et hoc ꝓpter q̃tuor. p° qꝛ maiores facili⁹ possũt resistere peccato: cũ excedãt ĩ sciẽtia ⁊ vtute. Vñ Luc. 12. Seru⁹ sciẽs volũtatẽ dñi sui ⁊ nõ faciens plagis vapulabit multꝭ. 2° ꝓpter ingratitudinẽ: q a omne bonũ quo q s magnificat est dei bñficium cui h⁹ fit ingrat⁹ peccãdo: ⁊ q̃tũ ad hoc quelibet maioritas etiã in tempalib⁹ bonis peccatũ aggrauat. 3° ꝓpter spãlez repugnãtiã actus peccati ad magnitudinẽ psone: sicut si pnceps iustitiã violet q ponit iusticie custos: etiã si sacerdos fornicet q castitatẽ vouit: ⁊ alios ad hoc hortari dȝ. 4° ꝓpter exẽplũ siue scãdalũ: qꝛ vt Greg⁹ dicit ĩ pastorali. In exẽplũ culpa vehement extẽdit quãdo ꝓ reuerẽtia ordinis peccator honorat Ad plurũ etiã noticiã ꝑueniũt magnorũ pctã ⁊ magis ea hoĩes ĩdigne ferunt. A Idẽ in sũ. eo. ti. q. 201. B Utrũ idẽ actus possit eẽ pctm̃ ⁊ meritũ: hẽs. s̃. meritũ. De septẽ vitiꝭs ⁊ que ex eis oriuntur: hẽs. ĩ. vitiũ. De peccato ẽt. s̃. crimen.

PEccatum secundo s. mortale. Que sũt peccata mortalia. Rñ. fȝ Ray. In pmis notare potes eẽ pctã mortalia omnes trãsgressiones decalogi. Itẽ quedã enumerant ab apostolo Ro. p° de quibus in fine subdit: q̧ q talia agũt digni sũt morte. Et plura imo oĩa reducũtur ad decalogũ vt idolatria: vitium ↄ naturã: iniq̃tas: malicia: fornicatio: auaricia: neq̃tia: inuidia: homicidiũ: cõtẽtio: dolus: malignitas: susurratõ: detractio: contumelia: supbia: elatio: inuẽtio malorũ: inobediẽtia: insipiẽtia: icõpositio. Et subdit de his que sine affectione: ⁊ absq̧ federe ⁊ sine misericordia fuit. Et sequitur: Qui talia

agunt digni sūt morte. Itē Gal. 5. Mani-
festa sūt opa carnis q̄ sunt fornicatio: imū
dicia: ipudicitia: luxuria: auaritia: q̄ ē idolo
loꝝ seruitꝰ: veneficia: inimicitie: cōtentiōes
emulatiōes: rixe: dissēsiones: secte inuidie:
homicidia: ebrietates: ↄmessatiōes: ꝛ his si
milia. Et sequit: Qui talia agūt regnū dei nō
ↄsequētur. Augꝰ ēt dicit sic: Mortalia sūt
sacrilegiuꝫ: homicidiū: adulteriū: fornica-
tio: falsū testimoniū: rapina: furtū: supbia:
inuidia: auaritia: ꝛ si multo tpe teneant iracū
dia: ꝛ ebrietas: si assidua sit. Quicunqꝫ ali
qd de istis i se dn̄ari pmiserit etno igne cru
ciabit: hec Augꝰ di. 25. §. crimis. A Idē in
sū. li. 3. ti. 34. q. 199. B Sed i oibꝰ pdictis
attendendū ē qd dicit Tho. scda scde. q. 35
qꝫ mortale pctm̄ dr qd tollit spualē vitā ani
me q̄ est p charitatē. Vn̄ illud pctm̄ ex suo
genere ē mortale: quod ſm ꝓpriam ratio-
nem ↄriat charitati. A Idē dicit Nico-
laꝰ de lyra sup. 7. Matth. B Sꝫ tn̄ in oī
bus pctis q̄ sūt ſm genꝰ suum mortalia cō
siderandū ē qꝫ nō sunt mortalia nisi qn̄ suā
pfectionē ↄsequūtur. s. in ↄsēsu rōnis. Vn̄
si sit ichoatio pcti in sola sēsualitate ꝛ nō p
tingat vsqꝫ ad ↄsensū rōnis ꝓpter iperfectiō
nē actus: ē peccatū veniale: sicut i genē adul-
terij ↄcupiscētia q̄ ↄsistit in sola sēsualitate ē
peccatū veniale: si tn̄ puenit vsqꝫ ad consen
sū rōnis est pctm̄ mortale. Et idē de pmis
motibꝰ ire vel inuidie que inueniūtur qn̄qꝫ
etiā in viris pfectis ꝛ sūt peccata venialia: vt
Tho. subdit ibi. q. 36. A Facit. 6. di. testi
um: al sed pēsandū. B Sꝫ tn̄ hec i singu
lis pctis hēs plenꝰ declarata. Quedā. n. q̄
sūt venialia hēs in se. c. s. pctm̄. 3º Utrū p cō
fessionē generalē mortalia deleant: hēs. s.
ↄfessio. i. §. 12. q incipit: Utrū p generalē. Et
plura ēt de pctis de qbꝰ tenet qs ↄfiteri. s.
ↄfessio per to. ꝛ. s. pnia pº

P Eccatuꝫ tertio s. veniale Que di
cunt pctā venialia. Rn̄. ſm Augº
di. 25. §. al. vbi sic dić: Que aūt sint minuta
pctā lꝫ omnibꝰ nota sint: tn̄ qꝛ longū ēēt: vt
oia replicēt opꝰ ē vt ex eis aliq̄ nominemꝰ
Quotiēs aliqs in cibo vel i potu plus acci
pit q̄ꝫ necesse ē ad minuta pctā nouerit pti-
nere: quotiens plus loqt q̄ꝫ oꝫ: plus tacet
q̄ꝫ expedit: quotiens pauperē iportune pe
tētē exaspat: quotiens cū sit corpe sanꝰ aliis
ieiunātibꝰ prādere voluerit: aut sōno dedi-
tus tardiꝰ ad ecclīā surgit: aut quotiēs exce
pto filioꝝ desiderio vxorē suā cognouerit:
quotiens i carcere positos tardiꝰ reqsierit:
ifirmos tardiꝰ visitauerit: ꝛ discordes ad cō
cordiā reuocare neglexerit. A Hoc est i
ꝑlato mortale ſꝫ glo. in. §. al. p. c. pcipimꝰ
90. di. B Si plus aut ꝓximū: aut vxorē
aut filiū: aut ſuū exaspauerit: si ampliꝰ blā
ditus fuerit q̄ꝫ oꝫ: si cuiqꝫ maiori pione ex
volūtate: aut ex necessitate adulari voluerit:
si pauperibus esuriētibꝰ sibi nimiū delicio
sa vl sūptuosa ↄuiuia ꝑparauerit. A Istō
sibi videt nō haberi in tex. sed potꝰ addi-
tū hic est. B Si se aut in ecclia: aut extra
ecclesiā fabulis ociosis de qbus in die iu-
dicij reddenda est occupauerit: si dum io
cantes. A hoc iocātes nō videtur ī tex.
B incaute iuramꝰ: et cū hoc per aliquā
necessitatē implere nō poterimus: vtiqꝫ p
iuremus: et cū omni facilitate vel temerita
te maledicimus. hec Augº. Plura ī his
in spūalibus suis locis manifestantur. A
Et i his pōt apparere qꝫ hec qn̄qꝫ sūt mor
talia: et pdicta sunt exēpla venialis peccati
diffinitio aūt videtur ista: Ueniale est qd n̄
aggrauat vsqꝫ ad reatū perpetue dānatio-
nis: 2º sen. dis. 42. c. veniale. B

Utꝝ peccatū veniale possit fieri morta-
le. Rn̄. ſm Pe. Idē actus numero q ē ve
nialis nō potest fieri mortalis: sed idem in
specie pōt: et sic intelligitur verbū August.
qꝫ nihil est adeo veniale qꝫ non possit fieri
mortale: dis. 25. §. hinc ēt. A al incipit cri-
minis. B Et qꝫ in liº sniaꝝ dicitur: qꝫ ve-
nialia multiplicata ita possūt obruere sicut
vnum mortale: intelligitur per occasioneꝫ
qꝛ assuetudo venialium cadere facit i mor
tale. A Circa hoc Bona. sup 4º sen. dis.
16. sic dicit: videlicet qꝫ triplex est genus ve
nialis peccati. Quoddam eni est ex surre-
ptione: et ideo veniale qꝛ vitari non potest.
Quoddā ex cogitatione siue volūtate siue
cōsensu: et ideo veniale qꝛ plene non cōsen
tit homo in cogitatione: vt de muliere: vel
delectatione circa cōsensum i delectationē
Quoddam ē veniale cū ratione et cōsensu
sed tamen ideo est veniale quia non est de
ordinatio contra preceptum: vt ebrietas et
mendacium iocosum. Cum igitur querit
vtruꝫ veniale fiat mortale. Si intelligat qꝫ
hec culpa p essentiā fiat illa nulla est qō: qꝛ

hoc est ipossibile. Si intelligat q illud qd
al' erat veniale possit eē mortale: vt mendaci
um iocosū τ ebrietas. dico q quoddā non
fit mortale: quoddā fit mortale p ꝯplacētiā
Primū igit veniale qd ꝯmittit p surreptio
nē semp est veniale. Scdm 2° mō veniale. s.
p delectationē circa ꝯsensū fit mortale p cō
placētiā ſm q placitū dr ꝯsensus plenus.
Tertiū veniale qd est p delectationē citra de
um pōt fieri mortale p libidinē magnā sic
mendaciū iocosū. Et hoc fit mortale p pla
citū ſʒ q placitū dr ꝗetata volūtas: τ qr ite
ratio act⁹ disponit ad libidinē τ cōplacen-
tiā: hinc est q Aug⁹ dicit i plurib⁹ locis q
venialia plura obruūt nō per se: sʒ qr dispo
nunt ad libidinē nō dispositione necessitatꝫ
sed ꝓnitatꝫ: hec ille. Est aūt aduertēdū q q
etata volūtas τ libido h̄ itelligit qn̄ notabil'
negligētia adhibet circa venialiū resistentiā
qr dum nob adest sufficiēs tp̄s deliberādi
tenemur mot⁹ veniales rep̄mere ſm Alex.
de ales: τ etiā alios: vt pʒ. s̄. ebrietas. in p̄n°
in additiōe. Hoc etiā pʒ p glo. 25. di. §. cri-
minis. Ubi dic̄ q assiduitas τ cōtemptus
vitandi venialia efficit clpa mortal': τ d̄ pe.
di. i. c. tres. sup v̄bo opp̄mēt dicit: Cōtēpt⁹
venialiū τ vilipēsio pctī ē mortale. Et sup
verbo: tres sūt dicit: Siqs ꝯtēnit venialia p
pl ꝯtemptū eoꝝ ꝯstituit dign⁹ morte etna.
Jte aduertendū ꝓut dicit Bona. vbi. s̄. q
pctm̄ veniale occurrēs p mentꝫ surreptionē
nō potest effici mortale. Et hoc verꝝ est q̄tū
in se cū ꝯsensuʒ deliberatū hēre nō possit.
Pōt tn̄ effici mortale in sua origine τ acci
dente: sic in simili pʒ de nocturna pollutiōe
q̄ lʒ in se hēre nō possit mortale pctm̄: pōt ta
mē hēre in origine vel accidēte. i. si an̄ vl' p⁹
placeret alicui pollutiōis carnal' delectatio
vt pōt colligi ex notatꝫ i sū. li. 3. ti. 26. q. 74.
Et eodē mō siqs p mentꝫ surreptionē ꝯmit
teret ꝗcq̄ʒ de spē pcti mortal': vt est deū blas
phemare vel aliud: lʒ hoc in se nō videatur
mortale: pōt tn̄ in sua origie pctm̄ mortale
hēre si forte ꝓcedat a mēte ad hoc disposita
vel ex notabili incuria τ negligētia qn̄ si vel
let posset ꝯmode ꝓuidē ne illud occurrerꝫ
Un̄ nō ꝓuidēdo vr̄ maliciose peccare: cuꝫ
mala culpa eqparet malitie: ex̄ de ꝯsti. vt a-
nimaꝝ. li. 6. Pōt ēt pctm̄ p surreptionem
occurrēs hēre mortalē culpā i suo accn̄te:
vʒ ꝯplacētia τ ipnia. ꝯplacētia. i. qn̄ alicui
placeret pctm̄ ꝯmissū an̄ vel post ꝯmissionē

vt. s̄. d̄ noctna pollutōe ꝓtactū ē. p ipēitētiā
v̄o qn̄ eoꝝ pnia ꝯtemneret: de quo i se. §. di
cet. B Un⁹ aūt act⁹ quō possit eē bon⁹ vl'
malus: vide. s̄. meritū.

Utꝝ teneamur penitē de venialibus. Rn̄°
ſm Tho. in. 4. di. 16. Cū dr̄ aliqs ad aliqd
teneri quedā necessitas iportat. Necessitas
aūt est duplex. Una absoluta: τ ſm hāc te-
net facere ea sine qbus nō est sal⁹. Et h° mō
nō tenet qs ad pcti venial' pniam: qr mortē
ex hoc nō icurrit nisi forte ex ꝯtēptu dimit-
tat. Alia necessitas est ex suppositione alicu
ius finis: sic dr̄ aliqd eē necessariū sine quo
nō possum⁹ finē itentū ꝯseq. Et hoc mō ne
cessariū ē q hō de venialib⁹ peniteat si ei re
mitti debeāt i hac vita. Et ſm hoc nō ꝓp̄e
dr̄ teneri aliqs ad aliqd. Et iō dicēdum q
hō nō tenet ad pniaʒ venialiū nisi large su
mēdo. Jdē Pe. B Sup hoc passu Bo-
na. sup di. 16. q̄rti sniaꝝ sic dic̄: Notādū q
sic tactū ē tria sūt genera venialiū. Quedā
ex surreptiōe: τ de his nō tenemur penitere
nisi de ꝯgruo. Quedā ex volūtāte cui si ꝯsē
tiat icidit hō i mortale. Et de talib⁹ tenet hō
penitē nō simplr sʒ i casu. s. ꝓ loco τ tp̄e: qn̄
recogitat ea ne si ꝯsētiat cadat. Quedā sīt ve
nialia q̄ p sui multiplicationē augēt libidi
nē sic ea i q̄ est ꝯsens⁹: sed deordinatio i deū
Et de talib⁹ dico q tenet hō penitē ne mul
tiplicēt: τ hō piculo τ discrimini ꝯmittat
se: hec ille. Aduertendū q qn̄ in aliquo ca
su doc. videt dicē q de aliquo veniali nō te
neamur penitē: vr̄ intelligēdū nisi ei⁹ peni
tētia omittat ex ꝯtemptu: vt. s̄. dic̄ Tho. Et
vr̄ fieri ex ꝯtēptu qn̄ saltē in genē nō vult qs
dolere de oi dei offensa: τ forte de maiorib⁹
venialib⁹ de quib⁹ pōt recordari in spē. Ta
lis. n. ipnia ipedit mortaliū pctōꝝ idulgen
tiā ēt i baptismo. Un̄ Alex. de ales sup 2°
sniaꝝ. di. 36. q. 10. q̄ incipit: Octauo q̄rit di
cit: Cōcedim⁹ q in eo q recipit grām bap
tismalē si nō fict⁹ accedit delet omnis cul-
pa tā venialis q̄ʒ mortalis. Sed dicim⁹ q
ad hoc q fict⁹ nō accedat postq̄ʒ adult⁹ est
exigit q ꝯterat de pctis mortalib⁹ quoꝝ hʒ
memoriā: τ etiā venialib⁹ saltē in genere do
lēdo q ipe fec̄ aut habet aliquod veniale.
Si eni nō ita faceret dicim⁹ q fict⁹ accede
ret τ nō reciperet gratiā baptismalē. Et ea
dē di. q. xi. que incipit: Querit. postea dicit
q debet dolere de mortali: τ de venialibus
saltē in genere τ etiam forte de maioribus

venialib⁹ in spāli si hēat illoꝝ memoriā: vt sic multiplicant pctā multiplicent dolores de illis: hec ille. Et si hoc obtinet circa remissionē pctōꝝ baptismalē: forti⁹ ꝛ erga sacrm pnie p qd difficili⁹ ꝙ p baptisma remittūt pctā: vt pꝫ p Aug⁹ in li. de pnia ꝛ de pe. dis. 7. c. nullus. B Utrū aūt teneamur ad cōfessionē venialiū hī. s. ꝯfessio. 2. §. 7.

Utruꝫ pctm̄ veniale possit remitti sine mortali. Rꝫ° ſm Tho. in. 4. dis. 16. Remoto priori remouet posteri⁹: nec posteri⁹ restituit nisi priori restituto. Feruor autē charitatꝭ cui veniale opponit est posterior ipa charitate vnde ꝙdiu charitas nō restituit. s. p dimissionē pcti mortalis: nec feruor charitatꝭ reparari pōt: i qua repatiōe ꝯsistit venialis peccati dimissio: ꝛ sic nō dimittit ei cui mortale nō dimittit. Idē Pe. A Hoc verū ꝙtū est ex pte feruoris: sed p solutionē pene bñ remittit veniale sine mortali: vt notat Scot⁹ di. 15. q̄rti sniaꝝ. B

Utꝝ vnū veniale possit dimitti sine alio Rꝫ° ſm Tho. vbi. s. Sic: qꝛ venialia nō habēt ꝯnexionē ad inuicē ex pte auersiōis sic mortalia: qꝛ in eis nulla ē auersio a deo: nec ēt ex parte ꝯuersionis: vt p se pꝫ.

Utꝝ veniale possit dimitti voluntate manēte ad illō. Rꝫ° ſm Tho. in. 4. di. 16. Non pōt tolli culpa nisi reordinet volūtas q̄ reordinari nō potest ꝙdiu in ipa deordinatōne manet: alr essent duo opposita simꝉ: ꝛ iō nullo mō veniale dimitti pōt ꝙdiu voluntas ad illud manet. Idem Pe.

Utꝝ ad remissionē venialis regrat contritio. Rꝫ° ſm Tho. vbi. s. Peccatuꝫ veniale vt dictum est supra in precedenti. §. non remittit ꝙdiu volūtas manet in illo. Ipm aūt recedē voluntatꝭ ab eo qd prius volebat ē displicere ei qd voluit: ꝛ talis displicētia qñ est gr̄a iformata dr̄ dolor ꝯtritiōis: ꝛ iō veniale sine ꝯtritiōe nō dimittit. Sed scienduꝫ ꝙ ꝯtritio pōt accipi triplr. s. vl' habitu vl' actu vl' medio modo. Habitu quidē ꝯtritio nō suffic ad pcti venialis dimissionē: quia tūc qcūqꝫ hēret habitū virtutꝭ pnie cui⁹ actus est quelibꝫ ꝯtritio: ꝯsecut⁹ eēt pcti venialis dimissionē: ꝛ sic ipm veniale cū gr̄a eē nō posset. Nec iteꝝ regrit ꝙ sit actualis cōtritio: qꝛ sequeret ꝙ pctm̄ qd aliqs in memoria vel in cogitatiōe nō habꝫ: remitti ñ posset. Et iō dicēdū ꝙ regrit ꝯtritio medio modo, qñ. s. ꝛ si actu pctm̄ nō displiceat explicite: displicet tn̄ iplicite: qꝛ virtute actus quē agit sequeret displicentia explicite pcti venialis si cogitatio ad illō ferret. Iō Pe.

Quot mōis venialia dimittunt. Rñ. Octo mōis. p° quidē p dignā cōiōnē: d cōse. di. 2. cū omne crimē. ꝛ. c. si quotiēs. ꝛ vt quidā addūt p extremā vnctionē: ex̄ de sa. vnc. c. vnico. ꝟ. de pnia. Itē p aque benedicte aspersionē: de ꝯse. dis. 3. aquā sale. 3° p elȳnaꝝ largitionē: d pe. di. 1. ꝙ obrē. ꝛ. c. medicina. di. 3. sane. Addūt qdā p iniuriarū remissionem q̄ est elȳna spūalis: Luc. 6. Dimittite ꝛ dimittet vobis. 4° per orōnē precipue dñicaꝫ: de pe. di. 3. d quotidianis. 5° p ꝯfessionē gnālē: vt. s. ꝯfessio. 1. §. xi. 6° p epālē benedictionē: ꝛ ſm quosdā ēt p sacerdotalē. 1. q. 1. multi. in fi. 7° p deuotam pctōris tunsionē: de pe. di. 1. tres actōes. 8° p cordis ꝯtritionē: vt in pcedēti. §. dctm̄ ē. De his sūt ꝟsus: Cōfiteor: tīdo: ꝯspergor: ꝯteror: oro. Signor: edo: dono: p hec venialia pono. Et non solū p ista spālr numerata: sed ēt p quodlibꝫ bonū opus delent: vt in predicto. c. medicina. ꝟ. redime te operib⁹ tuis. Et sicut dic Tho. plra vl paucio ra venialia p pdicta remittunt: ſꝫ ꝙ p hec maior vl minor feruor ꝯcitatur q de plib⁹ vel paucorib⁹ saltē iplicite ꝯtritionē contineat. Unde nō oꝫ ꝙ p h omnia venialia dimittant. A Idē in sū. li. 3. ti. 34. q. 158. B

Peculium Quia ꝯtingit ꝙ filijfamilias habēt aliñ aliqd suū: quod dicitur peculium: de hoc nunc est dicēdū. Est sīqdē q̄druplex. Qddā ē qd dr̄ castrense: vꝫ ꝙ filiofa. occasione militie a parentib⁹ vl' alijs donat vl' ipe in militia acquirit. Quasi castrense est quod filiusfa. ex aduocatione vel alio officio publico percepit. ꝛ similit qd obuenit psbyteris ꝛ clicis de offō suo: ꝛ quolibꝫ dcō peculio pat nihil iuris habꝫ qn poti⁹ ipe filius in eo paterfamil. censetur. ff. ad macedo. l. i. §. vlti. ꝛ. l. 2. ꝛ. C. de ioffi. testa. l. fi. Profecticiū aūt est qd ex reb⁹ pr̄is: vl earū occasione aduenit vt fructus siue lucꝝ Et in h⁹i peculio nihil iuris habet fili⁹: ſꝫ pater plenā pprietateꝫ hꝫ: vt i isti. p q̄s pso. no. acq. §. 1. Aduenticium vo est qd ex alia q̄cunqꝫ cā filio aduenit siue a mr̄e: siue ab extranea psona: siue de alijs operationib⁹ seu laboribus suis. Et in hoc peculio ser-

nos filijs ꝓ pietas: ⁊ si pr̄ ꝓ moriat̄ filij est: ſz
viuēte pr̄e habet in eo pr̄ plenū vsufructū:
ita ꝙ de eo nec testari pōt filius: vt ex̄ de se
pul. l3 pf. li. 6. A Predicta fuerunt glo.
Ray. vt in sum. li. 2. ti. 8. q. 31. ad fi. Sed sa
puto ꝙ ſi qd filio aduenerit parti ex rebus
pr̄is: ⁊ partim ex labore vel aliūde: debe
at dici parti ꝓfecticiū ⁊ parti aduēticiū: q
qḋ ius est de toto quo ad totū: idē etiā de p
te quo ad partē. ff. de rei. vē. l. q̄ de tota. B
Porro in bonis que pr̄ habz multominꝰ
hz filiꝰ aliquā potestatē: nisi qr dz ali: vt. s̄.
expositꝰ. 2. s̄. familia. A Uer est si nō po
test se a ere: vt. s̄. parētes. B Un̄ si ꝑter vo
lūtatē pr̄is acciperet rem alienam ꝯtraret:
⁊ sic furtum committeret.

Pedagium et guidagiū qd sit.

Pedagium et guida giū qd sit. Re° ſm Guil. Pedagia
dicunt̄ q̄ dant̄ a trāseūtibꝰ in locis ꝯstitutis
a ꝓncipe. Guidagia vero dant̄ ꝓ ꝯductu ꝑ
terrā alicuiꝰ vt securiꝰ vadāt. A Hoc dic̄
glo. in. c. sup quibusdā. ex̄ de ver. sig. vbi ēt
dicit ꝙ salinaria dicunt̄ q̄ dant̄ ꝓ sale. B
Hec solꝰ ꝓnceps ⁊ nō ꝑticularis ciuitas po
test constituē. A Hoc patet in dcō. c. super
qbusdā. vbi dr̄: Duxiꝰ ꝯclarādū illa eē pe
dagia: guidagia: salinaria: indicta: q̄ non
apparent: impatoꝝ vel regū vel laterañ:
ꝯcilij largitiōe ꝯcessa: vel ex antiq̄ ꝯsuetudi
ne a tpe cuiꝰ nō extat memoria itroducta.
Host. tñ vt pz in sum. li. 2. ti. 5. q. 29. sētit ꝙ
solus rex romanoꝝ possit illa ꝯstituere ⁊
idē sentit de rege frācie q nō recognoscit in
tpalibꝰ supiorē: ex̄ qui fi. sint le. ꝑ venerabi
lē. §. insup. Et hoc itelligit si ppl's sibi eādē
ptātē dederit q̄ ipatori data ē. ff. d ori. iuris
l. 2. Inno. vō vt ibidē pz: dic̄ simplr̄ ꝙ re
ges pn̄t iponere noua pedagia. Peccāt tñ
si hoc faciunt sine iusta cā. ⁊ hoc vr̄ magis
ꝯificari ex dcō. c. sup qbusdam. ibi: ipera
toꝝ vel regū. ⁊c. B

Utrum pedagia vel guidagia possint lici
te peti. Rñ. ſm Ray. Si pedagiū ē ātiquū
⁊ fuit ipositū ab his q potuert̄ vt ꝓncipibꝰ
vel regibꝰ ⁊ ꝓferti auctoritate ecclie: ac ēt ex
iusta cā: vt ꝓ defēsiōe trāseūtiū vl' nauigātiū
vl' pr̄ie ⁊ hꝰi: ⁊ recipiēs facit id ꝓpt̄ qḋ fuit i
positū sine scrupulo ꝯscie pōt recipe: ⁊ eo
dē modo si nescit a qbꝰ fuit īstitutū: putat
tñ ab illis q poterāt ⁊ ex ꝓdictis causis. A
Uer est si adest ꝯsuetudo cuiꝰ initij nō extat
memoria: al' secꝰ: vt i dcō. c. sup qbusdam.
B Itē si iste recipiēs non laborat mō nec
facit expēsas: qr nō est necesse: paratꝰ tñ est
si necesse eēt labores ⁊ expēsas ipendē non
solū q̄s nūc acciperz: sed ēt ꝓus acceptas ⁊
ampliꝰ si oporteret. A s. q̄z nunc accipiat:
vt pz ꝑ eū. Ray. ⁊ i dicta. q. 29. B Si ve
ro pedagiū sit nouū nō pōt aliqs ab adue
nientibꝰ vel trāseūtibꝰ aliqd accipe: nisi sit
illud a ꝓncipe vel rege statutū ꝓpter imminē
tē necessitatē. Probat̄ hoc. 24. q. 3. si quis
romipetas. ex̄ de treu. ⁊ pa. innouamꝰ. ff. de
pub. l. vectigalia. ex̄ de cē. ꝑuenit. ℞. oz qꝑ
pe. ⁊. c. cū apl's. §. ꝓhibemꝰ. 12. q. 2. nobis
n. circa fi. ℞. siqd forte. ff. loca. ex ꝯducto
. §. vno. Si ꝯ formā ꝓdictā aliqd acceptū
ē: r̄stituēndū puto illi a q° acceptū ē. Si sci
ri ñ pōt: i pias cās. Cō. Ul. ⁊ Inno. A Id
i dicta. q. 29. vbi etiā pz Ho. dicē ꝙ si dñs
terre q recipit pedagiū nō defēdat soluētē
i rebꝰ ⁊ ꝑsona ꝓ posse suo: lz ñ teneat̄ ad re
stitutionē pedagij: nisi ꝯstaret ꝙ hac de cā
īstitutū eēt: tenet̄ tñ ad satisfactionē plenari
am: qḋ plus ē ⁊ etiā si inueniat̄ i defectu iu
sticie. 23 q. 2. dñs. B

Utrum mercatores seu trāseūtes teneant̄
soluere pedagiū. Re° ſm Ray. Tenent̄ solue
re et antiquū ⁊ nouū seruata forma dicta i
ꝓcedēti. §. ⁊ nō soluēdo furtū ꝯmittūt: sed
ad penā taxatā nō tenent̄ in foro ꝯscie: nisi
postq̄z fuissēt inde sn̄ialit̄ ꝯdemnati. Qḋ si
petitor pedagij nō illud faciat ꝓpt̄ qḋ fuit
īstitutū cū necesse sit tūc trāseūtes possūt pe
dagiū negare. Nā cā cessāte in recipiēte: ces
sat obligatio i dāte. 16. di. § his omnibꝰ. ex̄
de iureiur̄. ꝑuenit. Uel tales possūt sup hꝰ
adire iudicē: qḋ tutiꝰ vi. A Primā tñ ꝑ
tem sētit Ray. verā eē de iure: subdēs: Ca
ueant tñ semp mendaciū. vt in dcā. q. 29.
Itē qḋ supra dictū ē de pena fuit dcm̄ glo.
Ray. ⁊ idē dicit i omni cāu in quo pena es
set iponēda. Cō. Tho. ⁊ Ul. ⁊ glo. 12. q. 2. fr
nitas: ⁊ nōtur in sum. co. ti. q. 30. B

Nunqd xp̄iani tenent̄ soluē pedagia sa
racenis. Rñ ſz Ray. Si trāseant ꝑ terras
eoꝝ tpe treuge ⁊ ipi saraceni defēdūt eos a
latrōibꝰ ⁊ hꝰi: xp̄iani tenent̄ eis ſz statutū
⁊ pactuz subtrahēdo tenerent̄ ad restitu
tionē. Nā fides hosti seruāda ē. 22. q. 4. in
nocēs. 23. q. 1. noli. Addit tñ Guil. ꝙ de pa
cto si iteruenIat planū est: ſz de statuto est
distinguendū. Nā ꝑ statuta illoꝝ q ꝑ vim

occupauerũt ⁊ tenent terrã q̃ aliquãdo fu-
it xp̃ianoꝝ cũ ipſi ſint male fidei poſſeſſo-
res nõ obligant fideles niſi ſpõte ↄſenſerit
vel ſubiecerint ſe hꝰi ſtatuto. Secꝰ dicerẽ de
illis ſaracenis q nõ ſũt violẽti poſſeſſores
terraꝝ q̃s tenẽt: qꝛ ab hꝰi pedagijs frauda
ri nõ debẽt ab aliquo ẽt xp̃iano trãſeunte
Si vero trãſeãt tp̃e guerre aut quãdocũqꝫ
cũ mercibꝰ ꝓhibitis non tenent eis ad pe
dagia. A Idẽ in ſũ. eo. ti. q. 31. vbi ⁊ addi
tur: Hoſti. tñ dic: Nõ puto ꝙ xp̃iani tene
antur ad ſoluendũ hec paganis: veꝝ ſi vo-
lunt habere ↄmoditatẽ terre ſaracenoꝝ oꝫ
ꝙ ſoluãt: qꝛ nec alr̃ ſaraceni ipoꝝ trãſitũ ſu
ſtinerẽt: hoc decrñ poteſt itelligi ſꝫm diſtin-
ctionẽ dicti Guil. Portãtes ẽt dictas mer
ces ꝓhibitas alr̃ puniẽdi ſũt ſꝫm Ray. ⁊ i
dicta. q. 31. Et ꝺ pena hꝰ. ĩ. ſaracenꝰ. §. 1. B

Nũqd q faciũt portari bladũ vel vinũ
ad vſum ſuũ vel familie teneant ad pedagi
um. Rꝫ° ſꝫm Ho. Nõ ſi etiã ↄſuetudo ſit i ↄ-
riũ: qꝛ irrõnabil eſt ⁊ nõ tenẽda: qꝛ pedagi
um nõ eſt dãdũ niſi de rebꝰ q̃ cã negociatõ
nis deferũtur. C. de vecti. ⁊ cõmiſ. l. vniuer
ſi. Con. Ber. A Idẽ in ſum. eo. q. 33. In
dicta aũt. l. vniuerſi dꝛ ſic: Uniuerſi ꝓuinci
ales ꝓ his rebꝰ q̃s ad vſum ꝓpriũ: vel ad
fiſcũ inferũt: vel exercẽdi iuris grã deferũt
nullũ vectigal a ſtationarijs exigat. Ea rõ
q̃ ex̃ p̃dictas cãs: vel negociatiõis grã por
tãtur ſolite p̃ſtatiõi ſubiugamꝰ. Et ſubdit
pena capitalis ↄ alr̃ exigẽtes. Et in hac. l.
etiaꝫ pꝫ ꝙ pedagiũ ſiue vectigal põt exigi
etiã ꝓ rebꝰ que nõ deferunt cã negociatio
nis niſi in p̃ticulari ſit except̃. Et qꝺ hic dicit
de nõ ſoluẽdo pedagio de p̃tinentibꝰ ad vi
ctũ vꝛ veꝝ quo ad forẽſes. Incole. n. bñ vi
dent teneri de fructibꝰ terraꝝ q ſupponũt
ad ſuſtentandũ onera loci. Et hoc rõ ſua-
det ⁊ ↄſuetudo iterp̃tat q̃ eſt optima legum
interpres. ff. de legi. ſi de iterpretatiõe. Secꝰ
aũt de rebꝰ q̃s emerẽt: qꝛ tũc i eis h° cãu nõ
vr̃ diuerſa rõ cũ forẽſibꝰ niſi emeret res ſb
iecta pedagio: de qua pedagiũ ſolutuꝫ ñ
foret: qꝛ trãſit cũ onere ſuo: ſic pꝫ de empti
one reꝝ indecimataꝝ. ſ. decime. 2. §. 3. B

Utrũ laicus a clicis poſſit exigere peda-
giũ. Rꝫ° Eccliaſtice pſone ad pedagia ⁊ gui-
dagia penitꝰ nõ tenent: nec etiã ꝓ rebꝰ ſuis:
q̃s nõ cã negociatiõis deferunt vel deferri
faciunt: ⁊ inhibet ne ab eis talia exigant ↄ
tra conſuetudine nõ obſtãte: alr̃ q talia exi-
gunt ſuo nomine vel alieno ſi ſunt pſone
ſingulares ſũt excõicate ipo facto: ſi collegi
um: vl̃ vniuerſitas: caſtrũ vl̃ ciuitas ipo fa
cto ſubijcit iterdicto: nec a predict̃ abſolui
poſſũt: niſi plene reſtituãt: ⁊ de trãſgreſſiõe
ſatiſfecerit: ex̃ de cenſi. quanqꝫ. li. 6.

Pena primo

ſ. iudicial aut diuia. In foro iudiciali pena triplicis generis
infligi ſolet. Et p̃muꝫ gdẽ genꝰ ẽ pena ſpi-
ritualis in qua q̃i p̃ambulũ ſolet p̃mitti in
crepatio: di. 84. p̃uenit. ⁊ hec põt dici pri-
ma ſpũalis pena. Secũda ſpũalis pena eſt
cẽſura eccliaſtica. ſ. excõicatio: intdictũ vel
ſuſpẽſio: ex̃ de v̇bo. ſig. q̃renti. Tertia eſt pe
na ifamie: de qua vide. ſ. ifamis. Quarta
eſt pena depoſitiõis: di. 50. ſi ep̃s. ⁊ de hac
ſ degradatio. Eſt aliud genꝰ pene. ſ. corpo
ral. p̃ma quidẽ ſolet eẽ ieiuniũ ſiue abſtinen
tie que e ſolꝫ quãdoqꝫ ifligi icarcerat̃ ꝓ coꝝ
ſcelaribꝰ: de hac põt itelligi: di. 90. ſigs cõ
triſtatꝰ. ⁊. 27. q. 1. ſi homo eſſes. Scꝺa ẽ v̇-
berãtiõis. 23. q. 5. circũcelliones. de qua hr̃
ĩ. p̃cutẽ. § fi. ⁊. ſ. excõicatio. 2. §. 2. ⁊. 7. Ter
tia ẽ ſuitut̃: de qua. ĩ. raptor. 2. §. 2. ⁊ ſ. for-
nicatio. §. fi. Quarta ẽ publicatõis omniũ
bonoꝝ: di. 63. hadrianꝰ i fi. A Ho. c. mo
dicũ vr̃ facere. B Et de hac. ſ. hereticus
p̃° §. 8. Quita exilij: di. 63. in ſynodo. in fi.
Et hoc exiliũ põt eẽ triplex. Primũ in lo
co certo: vt cũ qs intrudit i monaſterio: ex̃
de adul. p̃uenit. Scꝺm a loco certo qñ qs
ab aliquo loco ꝓhibet. 2. q. 1. i p̃mis. Terti
um ab omni loco: vt cũ intercedit penitẽti
bꝰ quibuſdã ne morent i aliquo loco vltra
vnum vel duos dies: de pe. diſtin. 6. ſacer-
dos. Tertiũ genꝰ pene eſt pena pecuniaria
que infert aliquãdo ꝓ iniuria illata pſone
vel loco: de qua. ſ. emũitas ecclie. §. fi. Aliñ
ꝓ ſatiſfactiõe illati dãni: vt ꝓ furto vel rapi
na: vt. ſ. furtũ. §. 3. ⁊. ĩ. raptor. 1. §. 1. Sunt ⁊
alie pene ſãguinis ſꝫm leges: vt mort̃ detrũ
catiõis vel etiã deportatiõis ⁊ hꝰi: de qbus
p̃trãſeundũ ẽ ad p̃ñs. A De his penis la
tiꝰ nõtur i ſũ. li. 3. ti. 32. q. 1. ſꝫm Ray. B

Quis poteſt penaꝫ infligere. Rñ. ſꝫm
Ray. Generalr iudices q p̃ñt punire ſbdi
tos iux̃ q̃litatẽ culpaꝝ ⁊ nullꝰ aliꝰ. 16. q. 1.
c. 1. 33. q. 2. § in hoc. Nam iuriſditio ſine co
ertione ſaltẽ modica nulla eſt: ex̃ de offi. de
le. c. paſtoralis. ⁊. c. ex lr̃is. Hoc tñ ſcias ꝙ
maiores penas: vt decapitare q̃ztum ad fo

rum seculare nō possunt īfligē nisi illi iudi
ces q dicunt̄ hēre merū īperiū. Silr ꝯtra
ad foꝝ ecclīasticū deponere nō potest nisi
eṗs ad quē pertinent maiora negocia: dis.
25. ꝑlectis. A Idē in sum. eo. ti. q. 4. B

Que sūt illa que excusāt a pena siue eti
am a culpa. Rn̄. ſm Ray. Generalr sūt se
ptē. Nā ṗmo quidē excusat mentꝭ alienatō
Dr̄ aūt homo alienate mentꝭ triplicit̄. s. per
ꝑ stuporē: ⁊ hoc mō Aug. excusar̄ vr̄ Loth
q voluit filias suas ꝓstituere vt hospites li
beraret: di. 14. ꝙ ait. Itē ꝑ furorē. 15. q. 1. a
liquos. ⁊. c. illa cauēda. 3. q. 9. idicas. Itē
ꝑ ebrietatē. 15. q. 1. inebriauerunt. Et intelli
gas si ex toto sunt alienate mentꝭ: alr non ex
cusarent̄ a toto: sed a tāto: vide. s̄. ebrietas.
§. 4. 2° excusat coactio q̄ si absoluta fuerit ex
cusat a toto. si ꝯditionata excusat a tāto: di.
50. ṗsbyteros. 3° excusat deceptio: si forte a
liqs dolo alteri⁹ decept⁹ ꝑ errorē ꝓbabilem
fecit aliqd: vl' omisit. 15. q. 6. si sacerdotibus
34. q. 2. in lectū. ff. de iureiur̄. si eū. Hoc tn̄
fallit i his que nō licz ignorare: vt que sunt
ꝯ̄ fidē vel expressa dei precepta. 22. q. 2. c̄ ipa
rū. 16. q. 1. si cupis. Un̄ d h°. 1. Cor. 14. Siqs
ignorat ignorabit̄. 4° excusat qn̄qꝫ multitu
do nō quidē a peccato: sed releuat aliq̄liter
a pena: vide. s̄. correctio. 1. §. 5. Silr ⁊ ꝯsue
tudo ſm Inno. quādoqꝫ excusat a pena tē
porali: sed nō a culpa vel a pena eīna. 5° ex
cusat etas quādoqꝫ quidē a toto: vt si nō ē
doli capax. 15. q. 1. illud relatū. quādoqꝫ vo
nō a toto: vt si est doli capax: ex̄ d delic. pue.
c. 1. Alie vo etates ſm eaꝝ varietatē attenu
ant pctā ⁊ penas: ar. 86 di. 1. tāta. 6° excusat
cāus: vt. s̄. homicidiū. 3. §. 1. 7° excusat ioca
tio. 15. q. 1. illud relatū. A Et ibi pꝫ ꝑ glo.
ꝙ hoc est veꝝ si ioc⁹ nō sit noxi⁹. Nam lu
dus noxius in culpa est: ar. ff. ad. l. aquil. l.
nam ludus. B

Quomodo varietas criminū inducit
varietatē penaꝝ. Rn̄. Aut facta puniūt̄ vt
cedes ⁊ furta: aut dicta: sicut conuitia ⁊ iniq̄
aduocatiōes: aut scripta. s. falsa vel famo
si libelli. s. ifamatorij: aut ꝯsilia: sic̄ ꝯiuratio
nes vel cū qs est cōscius cū latronib⁹ ⁊ sua
det vel fauet eis. Hec autē quatuor genera
septē modis sunt cōsiderāda. Et ṗ° quidez
ꝯsiderāda est cā: sicut vbera que si illata sīt
a migr̄o vel parēte ipunita sūt: q2 vident̄ fcā
emēdationis animo: sed cū fiunt per iram
ab ex̄neo certe puniunt̄. 2° ꝯsiderāda est per
sona: ⁊ hoc duplr. s. illi⁹ q fecit: ⁊ illi⁹ q pas
sus ē: ar'. n. puniunt̄ serui ꝙꝫ liberi: ⁊ alr q
sūt ꝯ̄ dn̄m suū vel parentē ꝙꝫ qui ꝯ̄ extrane
um: sicut ⁊ alr q est ꝯ̄ aliquē q ē i magistra
tu publico ⁊ alr qui ꝯ̄ ṗuatū. Et ad hāc cō
siderationē de ꝑsona ꝑtinet ēt etas facient̄
⁊ eius q passus est. 3° ꝯsiderādus est locus.
Nam idē act⁹ si fiat in quolibꝫ loco erit fur
tum ⁊ nō puniendū capite. Si i ecclīa erit
sacrilegiū ⁊ capite puniendū. 4° ꝯsiderādū
est tṗs. Nā ꝑ hoc discerni solebāt emāsores
a fugitiuis. Emāsor. n. erat q ꝓpria volun
tate diu euagat⁹ postea ad castra reuerteba
tur. Fugitiu⁹ vero q recedebat animo non
r̄uertēdi. Itē tṗs discernit effractorē seu fu
rē diurnū a nocturno. Et dr̄ effractor qui
carcerē effringit vt euadat inde vel alia lo
ca: vt inde aliqd surripiat. Et nocturn⁹ qui
dē fur vel effractor acri⁹ puniri dꝫ. 5° est cō
siderāda facti q̄litas: ꝑ quā atroci⁹ vel leui
us puniend⁹: vt furta manifesta q̄ acri⁹ pu
niunt̄ ꝙꝫ nō manifesta. Itē ꝑ hoc discernit̄
rixa a crassatura. nā rixa est qdā ꝯflict⁹ ali
cantiū: crassatura vero ē violētia illata a la
tronib⁹: vt in nemorib⁹ ⁊ h⁹i. Item ꝑ hoc
discernunt̄ expilatiōes a furtꝭ. Et dr̄ expila
tio subtractio reꝝ hereditariaꝝ anteꝙꝫ he
reditas adeat̄. Nā in eis nō dī ꝓprie furtū
qd fit iuito dn̄o: cū hereditas non habeat
dn̄m. Itē ꝑ hoc discernit̄ petulātia. i. qd fit
ꝑ quādā lasciuiā: qd dr̄ hic petulātia ab eo
qd fit ꝑ violentiā. 6° ꝯsiderat̄ ꝙtitas q quā
discernit̄ fur ab abigeo: vt qui suē vnū sur
ripuerit vt fur coercebit̄: q vero gregē vt a
bige⁹. A Decē oues ⁊ qnqꝫ vel q̄tuor por
ci faciunt gregez. ff. de abigeis. l. fi. B 7.
expectat̄ euētus. i. si res habuit effectuz: vt
siqs etiā demēs nisus ē aliqd ꝯ̄ aliuz ⁊ res
habuit effectū ꝯdemnabit̄. A Sꝫ nō ꝑso
sona demēs. Nā lꝫ. l. aut facta. de qua. j. di
cat ꝙ euent⁹ ꝯsiderat̄ etiā in dementissimo
puto intelligendā quo ad diligentiorē ꝓui
sionē: ⁊ nō quo ad punitionē: cū demēs nō
puniat̄ etiā si occiderit mr̄em. ff. de offi. pre
si. diuus. B Qd si res nō habuit effectū
nō ꝯdemnabit̄ nisi in quibusdā atrocibus
s. q̄ ad aliquē actū extrinsecū ꝓcedunt: vt si
qs occidēdi cā cū telo sit dephēsus. Pro
bant̄ oīa ṗdicta. ff. de pe. l. aut facta. ⁊ d pe.
di. 1. aut fcā A Io qd i h°. §. ⁊ i ṗcedēti nōt̄
i sū. e. t. q. 7. vbi. ēt. ad finē ponūt̄ expositio
nes dictoꝝ vocabuloꝝ ſm glo. Ray. B

Utrū de⁹ alicui penaꝫ īferat sine culpa Rñ. ꝭm Tho. scđa scđe. q. 108. Pena ꝭm ꝙ hꝫ ꝓpriā rōem pene nō infert a deo sine culpa. Sed pena inq̄ʒtū est medicina non solū sanatiua pcti pteriti: sed etiā pseruatiua a futuro ⁊ ꝓmotiua in aliud bonū: ꝭm eā interdū punit̄ aliq̄s sine culpa sicut i medicina: q2 quādoq̄ȝ infert nocumentū i minorib⁹ ⁊ meliorib⁹ auxilium pstat. Et q2 bona spūalia sunt maxia: bona aūt tpalia sunt minima: iō quādoq̄ȝ punit̄ aliq̄s in tēporalib⁹ bonis absq̄ȝ culpa: cuiusmōi sūt plures pene vite psētꝫ diuinit⁹ īflicte ad humiliationē vl' ꝓbationē. Nō aūt punit̄ q̄s in spūalib⁹ bonis sine culpa i psēti: sed nec etiā in futuro: vbi pene nō sūt medicine: sꝫ nō ꝯsequuntur spūalē dānationē. A Jō in sum. co. ti. q. 8. B

De penis ⁊ flagellis a deo illatꝫ sic Aug⁹ loquit̄. ⁊ habet̄ 4° sniaꝝ. dis. 15. Quinq̄ȝ mōis flagella ꝯtingunt: vel vt iustis ꝑ patientiā merita augeant̄: Ut Job: vel ad custodiā virtutū: ne supbia tētet: vt in Paulo: vel ad corrigēda pctā: vt Marie lepra vel ad gliam dei manifestandā: vt de ceco nato: vel ad initiū pene: vt herodi: q̄ten⁹ h̄ videat̄ quid i inferno sequat̄. A Idem nōtur i sū. e. ti. q. 9. De Paulo hr̄. 2. Cor. 12. Et de Maria: Numeri. 12. ⁊ ď ceco Jo. 9. ⁊ de herode: act. 12. B

